

Solus Filius Dei amor humana ingratitude videtur non fuit.

Gratum ingratitude non movet, ne illis gratiam floremur.

Hominum ingratitude de gratia Dei beneficia.

Semper nobis occidit ut non sumus ingrati erga Deum.

Infinite Salvatoris mundi erga nos misericordia.

Perennis Dei, et loca Christi erga nos beneficia jugem ex nobis gratiam exquirunt.

Leges humane statunt, ingratitude legitime esse parentibus quidem causam exheredandi filios, Dominis vero negandi servis stipendium. Atque veterem amicitiam ita evellit, ut qui mox redeunt in gratiam, non aliam rationem afferant, nisi quod virtus est oblivisci iniuriam, & bona illis etiam conferre, qui videntur indigni. Nihil enim excusare ingratitude potest; quo magis illam excusare contendis, eo fit intolerabilior; & optima excusatio est, fateri nullam esse excusationem. Humane amicitia ab eadem fere semper infirmatur. Solus divinus amor, quo repletus erat Salvator, per ingratitude crecere potuit; etenim tantum abest, quod per illam extingueretur, vel converteretur in odium, quod ut plurimum inter homines accidit, ut immo ardentior efficeretur. Idem.

Si animo reputarem bona, quae licet nostra obfistat ingratitude, a Divina bonitate percipiunt, non aliis indigeremus rationibus proximo gratificari, quomodo cumque ille gratum, ingratumve se praebet. Praeterquamquod, ut vivamus quomodo Christiano decet, hominibus debemus benefacere propter amorem Dei, quin ab illis vicem expectemus. Quomodo modum facile obliviscitur eorum, quae illis contulimus beneficia, actum agit, qui propter illos istidem benefacit, quamobrem Sapienter ait, ingrati fidem similem esse hyemali glacie, quae liquefit, & tanquam inutilis aqua existimatur, etenim statim ac desit necessitas, ingratus obliviscitur benefactoris sui, sibi accepta refert ea bona, quae ab altero accepit. Idem.

Gratia Dei sunt totidem beneficia, & sensibilia signa amoris infiniti, quo Deus nos profecit, & quae majorem propter ingratitude. At heu! nunquid propter extremam improbitatem nostram, atque contemptum, quo illa quotidie excipimus, nobis erant occasio, propter quam majus, & aequius divina indignationis pondus subeamus? Namquid privilegium, quo gaudemus inter Jesu Christi discipulos adnumerari, nos efficit calamitosos, postquam nocentiores effecerit? Namquid eo, quod majoribus a te cumulati sumus numeribus, nunc istem desistimus magis, & quod tibi perfectiores amici fuimus, per violatam amicitiam graviores inimici? O nimis funesta numerata! O gratia infelix, quae nos perdit, cum illam amittimus! O bona infinite perniciosa propter hunc contumeliosum contemptum, qui veneno infecti Dei beneficia, qui illa in materiam convertit & scelerum nostrorum, ut illi crudeliter afferamus contumeliam, & fulminum Dei, ut nos majori severitate percussat! Nonne praesertim detulisti, ut tot alios, qui Christianae Religionis gratiam non receperunt, quam aliquando, multo magis quam ceteros delerit, eo quod amorem, qui nobis fuerat impensus, flocci fecimus? *Mamburg. Sermo: pro feria secunda post Trinitatem Quadragesimae Dominicae.*

Quamvis Dei bonitas in corde peccatoris annihilati sit consolations, & confidentia causa, non cessat tamen illi causam esse timoris, assidueque sollicitudinis, ut Sanctus docet Augustinus. Ille quidem non obruit amplius praeteritarum iniquitatum pondere, sed praesens obruitur beneficiis, peccata, quae illi remissa fuerint, illum non turbant, sed gratia, quam recepit, illam sollicitat; non est amplius rebellis, sed timet, ne sit ingratus: hic enim est divina ordo providentia, bonis, quae contulit, aptare ingratitude, quam praestolat, & plura ab illis exspectat, quibus plura donavit, tanto plus fidelitatis exposcere, quanto plus exerecit misericordiae. *Flechner, Sermo de Conversione S. Pauli.*

Licet, Salvator mihi, unicuique dumtaxat spiritum emittisset, unicuique effudisset lacrymam, unicuique cordis tui motum edidisset pro nobis, quemadmodum nihil horum infinito caruisset merito ab infinita persona procedens, infinite de nobis meritis fuisset. Quis dicendum est, quid cogitandum, cum ne unicuique quidem non nisi pro nobis motum edideris? nisi infinita tua erga nos esse merita, ideoque infinitas nobis esse rationes te si fieri posset, infinita charitate diligendi. *Pater Nepueu, libro de Amore Domini nostri.*

Si perennis, ut ita dicam, bonorum, gratiarumque fluxus a capite desuit in membra, nonne aequum, ut perennis amoris, & gratitudinis fluxus a membris refluat ad caput, a quo tantum boni percipiunt, & sine cuius ope nihil boni facere possunt? Propterea Dei Filius dicebat, nos sine eo nihil facere posse: *Sine me nihil potestis facere.* Adde his

nullum esse beneficium Dei, quod singulare non sit, quantumvis commune videatur. Naturaliter inter ceteros emittit eorum copiosum quodam proprii amoris effectum, & secreta quadam superbia, qua alios praeseri gaudemus; ita ut honor, qui nobis adhibetur, cum beneficia conferuntur nobis, saepe nos magis moveat, quam ipsa beneficia, quae licet ingentia sint, meriti sui partem videntur amittere, statim ac pluribus sunt communia. At non ita sentiendum est de beneficiis Dei, quae pluribus licet communia, habenda sunt tamquam nostrum singulis particularia. Ita Jesu Christi erga nos beneficia infinita sunt, aeterna, singularia, neque illius bonitas fatigatur unquam nobis beneficiis, & large, effluere suas nobis gratias impertiens, ita ut vix nostrae momenta ex illius beneficiis, & fortasse etiam ex ingratitude nostris numerate possimus. Idem.

Nos generosi amicos esse gloriamur, faciles iis diligendis, qui nobis amorem suum profertent, gratos beneficiis, quae nobis conferuntur, quae semper exigua sunt, & saepe etiam funesta; neque afficiuntur amoris Dei erga nos argumentis, nullumque grati animi sensum propter essentialia, & infinita ipsius erga nos beneficia testamur? Idem.

Salvator ipse sanguinis gutta, unica oculorum lacrymula, unicoque cordis sui motu nos redimere poterat; nulla enim hujus Hominis Dei erat actio, quae meriti non esset infinita, ab eo enim proficisceretur, cujus dignitas erat infinita. Voluit tamen (adorabilis Jesu) ut nos redimeret, & gravissimas ferre persecutiones, terribilissimas, & gravissimas vim opprobria, & contumelias subire, excruciatissimas torquenti supplicis, ac tandem in cruce summo cum dolore, & ignominia animam efflare, postquam omnem sanguinem effudisset, ut amoris tui magnitudinem passionum magnitudine testantur reliquies. Idem.

Bona equidem fide consistit, ea in difficultate, quae naturaliter omnes intellectus nostros fidei submittimus aegritudine penarum inferni docent, nulla te magis juvari ad hanc concipiendam ea ratione, quae ad idem perire vivunt, ea incuria, vel potius ingratitude, & facilitate, qua indefinitis contumelias afficiunt Deum Salvatorem, qui eo usque illos dilexit, ut pro ipsis mortem in cruce subiret; tandem enim infernus, vel sextentim inferni dignitate possent expiare terribilem supradictam, ac iugen hominum ingratitude? Idem.

Dei Filius propter amorem nostrum, videlicet, ut offenderet infinitam amorem, quo nos complectitur, magnitudinem, atque ut ex hominum cordibus reciprocum extorqueret amorem, tantum praesertim, ut illi amorem nostrum negare minime possimus, licet omnium ingratiissimi simus. Et sane efficitur, quod pro nobis fecit, nonne idem est, ac si palam diceret nobis: inerte, mortalis, utrum quae animo, ac voluntate amoris, & bonitatis reteritissima me ipsum pro tua salute devoverim. Ego decies milles plus praesertim, quam pro tua salute requirebatur, ut intelligeres amorem, quo te complexus sum, infinite ipsam cogitandi vim excedere; ut vero, ingrate, ubi aliquid pro me faciendum est, adeo parvus, atque avarus es? Tantum abest quod multum praeter id, quod opus est, facere velis, ut ne pedem quidem ultra, quam teneris, audeas profere. In singula momenta quaris; num ad id inteo? nonne satis est, si hoc, vel illud efficiam; neque enim aliquid praetera facere jubeor. Et si vel minimum quid facis praeter id, quod tibi necessario faciendum esse arbitraris, putas me tibi plurimum debere? Ubi ratio tua est? ubi cor tuum? ubi gratitudo tua? *Pater Ludovicus Franciscus de Argentina in Collationibus Spiritualibus de Magnalibus Jesu Christi, Collatione 22. art. 1.*

Ubinam est cordatus vir, qui attente beneficiorum Dei multitudinem, magnitudinemque confiderans robore non sustinuerit, ac se ipsum non exprobrat videns suum ingrati animi vitium adversus illum, a quo tota beneficium fuit cumulatus? Quinam non erubesceret pra pudore videns se nihil nisi aegre, atque occitante scilicet, quasi metueret, ne quid nimis efficeret? O Deus! Itane consuevimus? Nonne aequissimo grati animi sensu ad omnia vitia nostrae momenta devovere deberemus Deo, qui omnia vitia sua momenta salutis nostrae devovit? Praeterea minimum vitia ipsius momentum pretiosius esse tota omnium simul hominum vita; sed licet etiam ex aequo momenta momentis essent comparanda; ubinam sunt horae vitae nostrae, quas pro-

Summa hominum ingratitude coequat ea severitate, qua cum ipsis agit Deus.

Erga unum Deum sumus ingrati.

De beneficiis contumeliosus.

Deo, quae ex nostra ingratitude nobis cohaerent.

Ingratitude nostra probat severitatem divinae justitiae adversus peccatores.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Quomodo gratia fiat Dei beneficiis agentibus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

Dei Filius tantum nobis praesertim; nos vero ingrati adeo parum pro eo cogitamus.

totis vitae ejusdem diebus unico Salvatori nostro rependimus? O turpissimum hominum ingratitude! Idem.

Crederetne, post omnes divinae bonitatis excessus homines, quasi parum esset nullam habere gratiam, audire etiam de Deo consergi, ac dicere illum nimia uti severitate, cum exigit, ut hac amabili tantum gratia, quam ipsis concedit, agendi poenitentiam, licet hic maximus sit divinae effectus misericordiae? Crederetne non defuisse, quos minime puererit asserere, Deo quidem facile esse poenitentiam impetrare, hoc enim solo eidem stat impio, sibi vero difficillimum, acerbissimumque esse cogi ad sinceram peccatorum suorum poenitentiam agendam, ad seipsum humiliandos, corpusque suum afflicandum? quin cogitent pro una, quam ab oculis ipsorum exigit, lacryma illum pro ipsam totam corporis sui sanguinem effundisse. Crederetne, postquam ille nobis saluberrimum pretiosum sanguinis sui ad peccata detergenda lavacrum preparaverit, hoc a peccatoribus ita flocci pendi, ut eodem uti contemnant? Crederetne, ipso nobis semper thesauros suos in Ecclesiae Sacramentis offerente, cum omnes homines ceteratim ad pedes illius deberent conflere gratiam impetraturi istem fruendi, eos e contra tantas opes tanquam onerosas farcinas horre? Orandi sunt, ut ad illa accedere teneantur. Idem, *Collatione 2. art. 2.*

S. Augustinus pietatem omnem in ingratitude statuit. Totus Dei cultus, inquit ille, in hoc positus est, ne anima se Deo praebet ingratam. Hac Dei cor mulcet, & ab eius largitate plurima obtinet beneficia. Hac facit, ut Deus se liberalem praebet erga eos, a quibus amatur, & qui sunt eidem fideles. Hac pariter efficit, ut illi indefinitum clementissimo Deo gratiarum actiones effundant. Hac inter Deum, ac homines iuge pariter certant, quo ille quidem gratias, hi vero gratiarum actionibus certant contendunt. E contra vero fons gratiae, & misericordiae quodammodo exarefecit videtur illis, qui Dei beneficia obliviscuntur, & qui ingrati animi vitium illi rependant. *Auctor Homil. Moral. Homil. in 14. Dominica post Pentecosten.*

Quis dubio locus, ex omnibus hominibus Christianos plura debere Deo, & hanc ob causam iugiter in corde ipsorum fovendum esse grati animi sensum ob tot beneficia, praesertim vero ob hanc inestimabilem gratiam, quod ipsos dono fidei, & Jesu Christi cognitione ad se vocaverit? quam gratiam tot negavit infidelibus, quos in ignorantia tenebris & vivere & mori passus est. Nonne quotidie meminisse deberemus, cum Salvator pro nobis vitam, sanguinemque suum effuderit, nos ex inferno erepturus, ut infinitae hujus misericordiae dignas habeamus gratias, nihil minus a nobis praeseri posse, quam hoc reliquum vitae nostrae spatium illi devovere, eique saltem revertentis, impensiusque quam haecenus inservire. Idem.

Sanctus Augustinus ait, posse quidem nos Deo ob accepta beneficia gratias agere, referre non posse; quia nihil ex nobis habemus, & a Dei liberalitate accepimus, quidquid sumus, & quidquid habemus. Itaque, ut hoc gratitudinis munere digne persuagmur, Deo propter ipsius dona debemus offerre. Nihil illi esse potest acceptius, quam quod ab ipso obtinemus; si enim illi offerenda essent, quae nostra sunt, quid quae nostrum est praeter culpam? Abit nos esse ex ingratorum, superbiorumque spirituum numero, qui donorum Dei sibi vindicant gloriam. Vitium hoc est detestabile, quia simul & superbia cumulos est, & ingratitude. Idem, in *Moralibus in Pater, Tractatu Proximali, art. 8.*

Ratio digne hoc munere perfundendi est coram Deo memoria reperere cum nostrae ad Christianam fidem vocationis gratiam, tum alias, quas contulit nobis, ex quo nonmetipsum cognoscimus; sensus amoris, pietatisque motus, quibus cor nostrum tegit; spiritualia pericula, vel corporalia, et quibus vel eripuit, vel praeservavit; spiritum contritionis, & poenitentiae, quem nobis inspiravit, ut ob seclera, vitiaque nostrae flagitia sincero dolore afficeretur; bonum ingenium, studiumque nobis ab eodem concessum, vocationem ad servitium ipsius lenitatis gratiae illecebris; denique vero eam rationem, qua egit nobiscum benignissima providentia sua ab ipso nostro nativitate exordio. Et profecto, si uti par est, omnes has, ac tot alias, quae latent, reputaremus gratias, ad meditationem tantae bonitatis, diuturnaque patientiae, quae nostra pertulit scelerata,

atque ingratitude, nosmet effunderemus in lacrymas, atque plorantes, ut olim Augustinus, maximum testemur dolorem, eo quod tam fero in caepimus amare, ac servire Deo adeo misericordiam, & amabili, qui nos tantopere dilexit, & qui ab aeterno in nos suas cogitationes convertit. O bonitas infinita, diceremus, adeo antiqua, adeo novataur heu! cur adeo fere te diligere ceperit? *Sero de L. 10. Conf. amari, pulchritudo tam antiqua, & tam nova, Sero de L. 10. Conf. amari. Idem.*

Ingratitude vitium est in hoc positum, ut vel negligamus, vel taceamus, vel obliviscamur, vel contumeliosius rependam beneficia, quae a divina bonitate recepimus. Negligere beneficium Dei, defedus est; tacere, crimen; oblivisci, scelus; pro donis Deo injuriam perolvere, gravissima est abominatio. Hac tamen ea sunt, in quibus omnes fere peccamus; hoc Deus exprobrat populo suo in Scripturis. Cum videt nos beneficiis suis minime tangi, neque cor a nobis aperiri, ut illum amemus, neque os, ut Benefactori nostro gratias agamus, tunc per Moysem ait: *Hecine reddis Domino, popule stultus, & insipiens?* Cum videt nos non solum sine illa gratiarum actione, verum etiam sine ulla consideratione vivere innumerabilem largitatis suae beneficiorum, tunc de oblivione nostra conqueritur: *Obliviti sunt benefactorum ejus, & mirabilium ejus, quae ostendit eis.* Cum vero considerat ingrati animi vitium eo usque procedere, ut Benefactori nostro injuriam afferamus, & contumeliam, ita per Prophetam dolet: *Qui retribuunt mala pro bonis.* *P. Texter T/s. 17. pro 13. Dominic. post Pentecosten.*

Ingratitude, Sanctus Bernardus ait, densa est nubis solium inter, & terram, vallum fontem inter, & rivum, validisque obex Creatorem inter, & creaturam, unde fit, ut non solum terra obducatur, fons exareat, egeat creatura, verum etiam ne sol lucem emittat, fons aquas effundat, & Deus suas misericordias impertiat: *Ingratitude siccatur fontem pietatis, rorem misericordiae, succenta gratia.* Hinc coniam, quantum displicet Deo peccatum hoc; quoniam resistit, & adversatur iis, quae Deo magis propria, & naturalia sunt, videlicet bonitatis suae communicationis. Idem.

Dici potest, & verum est, neminem promprietem Deo esse hominibus gratificando, ad adendum est etiam, neminem diligentem, & ut S. Bernardi vocabulo utar, magis importunum esse in munerationem suorum remuneratione exigenda. Verbum hoc mihi nunquam excidisset, nisi in Epistola quadam Sanctus hic eodem usus esset: *Donorum promptus auctor, sed importunus exactor.* Deus facile quidem suas largitates effundit, ac munerationem suam fovens reposcit; ac ille ipse in laia suas gratias, favoreque pluviae comparat de celo decidentis, quae, quin illic sine fructu, effectuque revertatur, in terris remanet illis ubertatem traditura. Hoc ipsum benedictionibus meis accidit, inquit Deus, ad me sine fructu non revertentur hac in re eorum perfringentes ingratitude, qui istem uti noluerunt. Ita Deus paratus est beneficiando hominibus; sed ab hominibus negligi aequo animo ferre non potest, & licet bonitas ejus non minima afficiatur voluptate ex bono, quod conferit, illud confersens, iustitia ejus altera ex parte tempus suum captare novit, ut nos eodem privet, si ingrati fuerimus. *Pater Grizel, Sermo 8. Adventus.*

Unde imitanda nobis est in hoc quoque natura terrarum, quae susceptum semen multiplicatum solet numero reddere, quam accepit. Ideo tibi scriptum est: *Sicut agricultura est homo insipiens, & tanquam vinea homo egens sensu.* Si reliquias cum, desolabitur. Sicut agricultura ergo etiam sapiens, ut tanquam fenerata fuit maiore mensura semina ut accepta restituit. Terra ergo aut spontaneo fructus germinat, aut creditis ubertem cumulo refundit, ac reddit; utrumque debet quodammodo referre ad parentis, ne reliquias sicut infocundus ager. Eto tamen, ut aliquis excusare possit, quod non dederit, quomodo excusare poterit, quod non reddiderit? Non dare cuiquam vix licet, non reddere vero non licet. *S. Ambrosius lib. 1. de Officiis cap. 31.*

O nos ingratos! Aves Deum laudant oculosque in caelum attollunt, ut de bonis illius gratias agant; terra solaribus calefacta radibus suum a fructudine perit, ac flores germinat in gratitudinis signum; & in Deum, homo divina creatus manu, diviso sanctificatus spiritu, sanguine Jesu Christi redemptus, atque ejusdem Corpore nutritus neque cor aperit, neque suo beneficiis, ut eidem gratias agat? At quid cor, & os dicuntur.

Gradius ingratitude, per quos peccator delectatur.

Deuter. 32.

77. alim. 77.

Malum, quod parit ingratitude.

s. Bernard. serm. 54. jice, quantum displicet Deo peccatum hoc; quoniam resistit, & adversatur iis, quae Deo magis propria, & naturalia sunt, videlicet bonitatis suae communicationis.

Non patitur Deus dona, & gratias sine fructu.

De gratitudine generatam.

De hominum ingratitude, qui creati omnia pro modulo suo beneficiis, ut eidem gratias agat? At quid cor, & os dicuntur.



dico? Opus est, ut omnia, quae in nobis sunt, Deo gratias agerent secundum Regii Prophete verbum: *Omnia, quae intra me sunt.* Hac dicebat David pro gaudio; eo vero gaudio, quod Deum unum spectabat, & quod ad humilem tendebat gratiarum actionem ob insignia beneficia, quibus fuerat cumulatus. Et quoniam intelligebat, linguam suam, ossa quoque, totumque corpus non sufficere, ut satis digni grati animi sensus testaretur, suam alloquitur animam, eamque excitat ad benedicendum Domino, & hanc illi retributionem offerendam: *Benedic anima mea Domino, & non oblitisci omnes retributiones eius.* Utque illam vehementer excitet; vide, addit ille, quid tibi, quid mihi ille praestiterit. Ille omnes remittit iniquitates tuas, ipse omnes curas tuas infirmitatis, ille redimit ab interitu vitam tuam, & sua misericordia, atque gratia coronat, ille replet vota tua te cumulans bonis, & sicut aquila, sic tuam juventutem insaurat. Hac beneficia nonne satis magna sunt, ut propter ea illi benedicere debeas? *Auctor Sermo Christianorum; Sermone 8. de Sanctissimo Sacramento.*

Certum est, quo plura de manu Dei recipiuntur bona, eo majorem esse nobis gratitudinem requiri. Hoc nos docet Sanctus Patriarcha Jacob, qui sollemniter voto spondit se palam animum gratum testaturum, dicens: *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo &c.* Erat mihi Dominus in Deum. Namquid hoc in loco nequam fuisse Deum Jacob, etiam si illum in itinere deseruisset, atque ille nuditatis, ac famis incommodo laborasset? semper citra dubitationem fuisse, & Jacob semper eadem alacritate, & obedientia paruit. Quare igitur ais, illum habitum a se tri in Deum, si panem, ac indumenta sibi tradiderit, atque explicuit hac de re nuncupat votum? Quia, Sanctus Chrysostomus inquit, haec beneficia novae ipsi erunt causae, quibus actus illis habere gratias, & quae servite teneatur, & quo pluribus afficietur beneficiis, eo plures illi causas fore Deum colendi, ac diligendi; quia praeter generalem obligationem, qua illi inservire, equum honorem deferre tenetur, recens obligationis incrementum in recens beneficiis invenit. Propter auxilium, quo illum in hoc itinere juvavit Deus, ille Deum magis, quam antea, impensiusque colere, & novo affectu ac reduplicato zelo gloriam illius querere debet. *Joly, Propositione pro quarta Quadragesima Dominica.*

Fatum est infinita in nos a Deo, quem colimus, collata fuisse beneficia; at tamen testerrimum ingrati animi voto levem cupiditatem, ac vilem creaturam illi antefertimus. In hac aetate re illud portentum loco est, quod ad Deum laudandum ipsi abutuntur beneficiis, quae ab eodem nobis collata fuerunt. Si interiora bona intueor, video eis hinc arma consisti, quibus divino bonorum datori bellum inferamus; ratione utimur, ut contra Dei legem rebellemus, atque, ut modum inveniamus cum impune laudandi, libertate utimur, quod principium est bonorum omnium, ut Creatori creaturam preferamus; corde utimur, ut quodlibet aliud amemus praeter illum, qui unus amandus est: memoria denique utimur, ut illum quolibet obceptorum genere impleamus, uno tantum excepto, cui unice vacare debet. Si exteriora bona considero, haec tot video causas esse peccati hominibus, qui de illo ultionem repelere velle videntur, a quo bonis omnibus fuit cumulatus. Ita, o mundana mulier, tua uteris forma, quae Dei donum est, ut illum noxiis amoribus laedas. Ita, o mundi hujus divites, utimini pecunia, quam vobis Deus affluenter elargitus est, ut faginimini in otio, mollitie, & crapula, atque in vestris voluptatibus impenditis, quod ideo vobis contulit Deus, ut fratribus vestris operem feratis. Ita Deum contra Deum ipsum compositis ejusdem misericordia, & bonitate abutentes, ut ipsius iram, atque iustitiam irritetis. *Essai de Sermons, Abbatis de Breteville Tomo 2. pro feria 6. post quartam Quadragesimae Dominicae.*

Sanctus Bernardus haec olim monachis suis praebebat monita, cavere scilicet, ne ipsorum negligentia, tepor, & relaxatio ex modica orientur gratitudo, quam testabantur gratias, quibus divinitus fuerant affecti. Undenam, ajebat illis, factum est, quod divina bonitas hodie in vos minus liberalis esse videatur? Quid hoc rei est, quod Deus, qui olim tot vobis conferebat gratias eoque, ut preces ipsas, & vota praeverteret, pauciores hodie conferat die, licet illum impensius oremus,

Notra in Deum ingratis edicit, ut passiva ad eodem recipiantur beneficia.

eumque frequentioribus votis fatigemus? Numquid abbreviata est manus Domini, ejusque thesauri exhausti sunt? Eiusne clementia immutata est, vel imminuta potentia? Nullatenus, & neutrum de hac immutabili, atque omnipotenti Majestate credendum est. Undenam ergo nos, quos singulariter respexit Deus tanquam sui amoris objecta, & opera misericordiae suae, cum ad servandum sibi evocavit, nos, inquam, indefinenter ineffabilibus illum gemitibus, atque lacrymis, ardentibusque precibus orantes voti nequaquam damnatur? Heu! inde est, quia nullus nobis inest grati animi sensus ob ea beneficia, quibus ab eo cumulamur, & ingratitude nostra meretur, ut imposterum omnia nobis detreteret: & fortasse hic divinae effectus est misericordiae ingratia ea, quae postulant, non concedere, ne post tot multiplicata beneficia ob grati animi defectum magis severum mereamur iudicium. Ita hac in re misericordiae effectus est, nullam facere misericordiam: Ergo misericordiae res est subtrahere misericordiam. *Idem.*

Cum Deus essentialiter sit amor, cordis ingratitude infinite criminosa est in oculis eius; & hac ingratitude in quadam consistit frigiditate, ac stupideitate, quae efficit, ut beneficiorum Domini obliviscamur, eique gratias agere negligamus. Talis erat Hebraeorum stupiditas, de qua Regius loquitur Propheta, cum ait: *Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae.* Hinc illa exitit flagitiorum colluvies, cui sese immerferunt, & quam nempe unus ignorat. At cur ingrati illius populi hoc in loco memoriam repetimus? Satis est oculos in sideliu perloque coniciamus, ac ingratiudinem horum longe nequiores esse liquebit. Beneficia, quae Dominus Israelis conferebat, nihil erant, si cum his comparantur, quibus nos Deus cumulavit. Dei Filios nondum pro illis humanam carnem induerat, nondum pro illis tantum meritis fuerat beatitudinem; temporales tantum aliquot gratias illis concesserat. Tenemus ergo multo magis iuges illi gratias agere; at quis nostrum adeo iusto, ac necessario munere debito pro dignitate deservi contendit? Nullus dubito, quominus haec honesta sit tot malorum in Christianis causa; cum nulla Deo habeantur, & agantur gratiae, ipse gratias subtrahit, atque nosmet nobis, & infelicissimis fluidis nostris derelinquit, quibus in peccatorum, scelerrumque abyssum pertrahimur. *Idem, Tomo 4. Sermone pro 13. Domin. post Pentec.*

Ne imitemur ingratum populum, qui videns Moysen nimis diu in monte cum Deo commorari Aaron dixit: *Eae nobis Deos, qui nos praecedunt.* Ingrata, & pericula natio igitur oblita est eorum, quae tibi Patrum tuorum Deus operatus est? Non reminisceris ergo alium Aegypti captivitatis, unde te eduxit, persecutionis Pharaonis, ex qua te liberavit, libertatis, quam rubrum aperiens mare tibi contulit, manna, quae in deserto te parvit? Postula Deos, qui te praecedant, & quibus adoles thura; ubi ergo est Deus Israel, cujus tot, tantaque in te merita existerunt? Hoc de divinum plebisque dici potest, veri Dei obliviscuntur, ac ubique fallacia sibi numina constant. Existimatio, fortuna, spes hinc eorum sunt Dei, qui illos praecedunt, haec tunc idola gentium, quibus adolent thura; tui autem, Domine, obliviscuntur, teque contemnant. *Joly, Propositione pro quarta Quadragesima Dominica.*

Hujus vitii nequitia efficit, ut homines non solum malum reddant pro malo, quod sibi fieri abutuntur, quae proinde ingratitude non est, sed damnabilis ultio aliquam tamen iustitiam speciem praeferebant, sed iis malum inferant, a quibus nihil mali acceperunt. Immo aliquid pejus efficit ingratitude, quippe malum reddit, a quo bona tantum receperit; atque ut improbitati cumulus accedat, pro virili conatur contumelias sine fine illum afficere, a quo indefinenter bonis omnibus cumulatur. Talis fuit Judaeorum in Filium Dei ingratitude; ubi tres hic nequitiae gradus palam innotescent. Nullum illis malum fecerat; illis immo saepe plura bona contulerat; longe plurima atque maiora collaturus erat; ipsi vero e contra nihil pejus illi rependere poterant. Audite illorum verba, atque calamitas, perpendite prava eorum consilia, quae quotidie contra illum machinabantur; eorum denique facta considerate: quibus illum non afficere tormentis? &c. *Ex libro, cui titulus: Guerre aux vices.*

Grati animi defectus scelerrum causa.

Nequitia ingratiudinis.

Si generosa, & nobilia corda gratitudinem jactant, eamque magis amplificat, quo minores sunt illi a quibus insigne aliquod beneficium receperunt; prolixius aliud cum Deo facere confueverunt; Nihil est, quod plerique minus cogitent, citius obliviscantur, & quo minus afficiantur, quam iuges illae gratiae, quibus cumulatur ab eo, quamvis haec longissime superent omnia bona, quae ab hominibus accipiuntur, sive illa continentur ex eorumdem praestantia, vel ex infinito discrimine quod inter supremam Dei magnitudinem, nostramque infirmitatem invenitur. *De la Font, Propositione pro decima tertia post Pentecosten Dominica.*

Sumus Filii Dei, fratres, & coheredes Salvatoris mundi; sumus etiam templa Dei viventis; corpora nostra sunt sanctuarium Spiritus Sancti, ajebat Sanctus Paulus primis fidelibus. Numquid haec non sunt magna, & insignia beneficia, propter quae infinitas Deo gratias habere tenemur? Agnosce, o Christiane, dicebat Sanctus Leo, quid ex te postulent tot, tantaque bona tibi collata; fastidie considerasti divinae regenerationis tuae dignitatem, ineffabilem honorem, ad quem te attollunt gloriosae qualitates filii adoptivi Patris aeterni, membri viventis Filii ejusdem, ac templi Spiritus Sancti? Proh Deus! quem gloria, privilegiorum, bonorumque fontem? Si tu hoc paulisper attenderes, nonne inferre deberes, tibi diligentissime cavendum esse, ne adeo illustri generis dignitatem turpi aliqua actione contempseris, & aditendum, ut illius illustre decus sanctitatis, atque vitae integritate tuereris? *Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam, & divinae confors factus natus, noli in veterem villitatem degeneri conversatione redire. Idem.*

In mundo quilibet gloriarur, se minima quaelibet beneficia rependere; & bruta ipsa, quae magis effrata sunt, hanc gratitudinis legem exercent; numquid unum hominum cor tot divini amoris illecebris non afficiatur, atque beneficiis illius ingratum se praebet? In Iudicum libro legitur, Israelitas de crudeli Madianitarum servitute Gedeonis virtute liberatos, hunc uno ore sibi in Principem elegerit, ac legatos ad illum misisse, qui hoc illi nuntiarent: *Dominare nostri tu, & filius tuus, quia liberasti nos de manu Madian.* Ex die hac non alium Principem habere volumus, quam eum, qui adeo gloriose non erit de hostium nostrorum captivitate: tu nos tibi, filiiisque tuis adeptus es; facti sumus servi, subditique tui, ex quo Madianitarum jugum excussimus. Hi sunt sensus gratitudinis, quos redemptionis beneficium in nobis excitare debet. *Qui vivunt, jam non sibi vivunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.*

O Divine Salvator, non alium, quam te Dominum agnosceri volumus; ut in aeternum tuo imperio acquiescere, neque res ulla poterit impostrarum nos a tua servitute divellere: *Dominare nostri tu, quia liberasti nos de manu demonis. Idem.*

Si per incuriam eum lassisses, qui de te quam optime esset meritis, & qui auctoritate sua vitam tibi servasset, vel qui non mediocrem tibi fortunam procurasset, nonne te vehementissime poeniteret? Validene requirentur exhortationes, ut in te hac excitaretur poenitentia, licet praeter cogitationem illum injuria accessisses? Te ipsum ferre non posses, si quid inausum reliquisses, ut sincerum facti dolorum testareris. Heu! Nos quidem te plura Deo, quam quilibet amico debere; at tamen quoties per summam indignitatem illum lassisti, consulo, sciens, ac volens, & ea cognoscens, quae eidem debebas? Aliane requiritur causa, ut cor tuum dolore, ac poenitentia contabescat, quam adeo enormis ingratiudinis sensus? *Idem.*

Nonne ita exprobrare non potest Dei Filius? Quid praeter ea, quae feci, facere poteram, ut te meo adicerem servituti? Te in filium adoptivi, & corporis mei membrum constitui, te spiritui meo animavi; ac tunc ingratus beneficis meis leges contempnisti, Sanguinem meum conculcasti. Hac nonne factis valida causa est, propter quam nostra horreamus flagitia, quae tantam complectuntur ingratiudinem? Aliane addenda sunt causa, ut in nobis excitetur dolor, quod confici aequum est? Ur rubore suffundamur nonne satis est, nos nequaquam hinc commotos fuisse gratias, quibus tanta non praevenerit Majestas? Numquid asseri potest aliquid vehementius ad cor minime barbarum, quam quod adeo iuste gratitudinis officia neglexerit? *Idem.*

Non satis est, quod gratiarum, & beneficiorum, quibus a Deo sumus affecti, sensus nos a peccato deterreat, opus est, ut nos ad ea omnia praestanda

Gratitudo erga Dei beneficia

impellat, quae nostram illi probare valeant gratitudinem. Nihil enim melius a Deo recentes gratias consequi potest, quam superiorum cognitio; quem admodum e contra nihil magis gratiarum Dei cursum efficit, quam abusus, vel modicus usus gratiarum, quibus sumus cumulati. Hoc efficit, ut Deus liberatam manum suam coarctet; ac aliis eas imperiat gratias, quas illi destinaverat, a quibus flocci penduntur. *Idem.*

Illi omnes, qui nos praeter ceteris in mundo diligunt, quibusdam admittunt momentis de nobis cogitant, neque indefinenter nobis sua impendunt beneficia. Alia objecta, quae in eorum mente locum obtinent, nostri memoriam expellunt; eoque cogunt, ut meliore temporis parte obliviscantur nostri. Si quid de nobis benemerentur, voluntatem habent benemerendi eo tantum tempore, quo actu operam impendunt suam, vel fortasse paulo ante; ad non semper huic vacant rei, neque cor eorum adu semper hac repletum est voluntate. Non ita sentiendum est de Deo; quidquid in eo est, aeternum est, & immutabile. Ita qui aliqua temporis parte sunt applicationis ejus objectum, hoc semper fuerit, semperque in omnem erunt aeternitatem. Certum est igitur Deum ab aeterno pro nobis bonam habuisse voluntatem, nos ab aeterno obiectum fuisse cognitionis ipsius, ipsiisque ne uno quidem cessasse momento, quin de nobis cogitaret, & quoniam gratiam hanc facere vellet. *Auctor Tractatus Oratorum divinis in libros septem l. 3. cap. 5.*

Deus nihil generatim solum largitur; sed ejus voluntas ad singulos extenditur; ita ut quo bonorum illius participes sumus, hoc argumento est, quod nos singularem participes voluerit efficere. Ita unusquisque vere dicere potest, pro se a Deo factum, & sydera, pro se facta ea, quae humanis necessitatibus opuluntur; quia in omnibus hisce magnis operibus explicita, & particularis Dei mens fuit illa efficiendi in usum illorum, quos isdem erant persequuti. *Idem.*

Qui, uti opus est, cogitat sibi Deum dedisse unicuique genitum suum; omnia mysteria, status omnes, omnes actiones vitae illius vitricis, & gloriosae, ut sterneret viam, qua ipse ejus participes fieri posset; hic cum Sancto Paulo dicere potest, Jesum Christum pro ipso se tradidisse; *Tradidit semetipsum pro me, & non mortuum tantum fuisse propter ipsum, sed etiam vixisse, & resurrexisse, neque id generalis consilio, & confusa voluntate; sed peculiaris, distinctaque applicatione, qua omnibus in statibus se eidem applicuit.* Re enim vera haec omnia cum Jesu Christo nobis donata fuerat, atque nostrum singulis ab aeterno destinata. *Idem.*

Hac nobis semper esse debet cogitatio, eas inventibus calamitatis, quibus homines afficiuntur, sermonem audientibus de illa visitata, quam bella gignunt; introitibus xenodochia, ac miserorum recessus, ubi Deus palam suam exercet iustitiam in alios, aliis vero campum aperit exercendae charitatis in fratres suos; hac inquam nobis semper esse debet cogitatio, nihil videlicet a nobis videri, quo nostri erga Deum non admoveamur officii, & omnes has arumnas toridem nobis ostendere obligationes erga eundem; si enim his malis immunes sumus, hic est divinae erga nos bonitatis effectus, cui dicere debitorum existimus. *Idem.*

Quid nobis efficiendum non esset, ut tot Dei erga nos beneficiis gratiam rependeremus, ac quid faceremus, ut eandem rependeramus? Quomodo fieri potest, cum Deus tantopere sollicitus sit, ut de nobis benemeretur, adeo parum sollicitus esse, ut illi grati animi sensum testemur? Quanam paritas est inter ea, quae Deo referimus, & quae ab eodem recipimus, inter munus eorum praestantiam, & operum nostrorum imbecillitatem? Quomodo fieri potest, ut in alios fines, quam ad ejus gloriam impendamus hunc spiritum, cor hoc, tempus, bona, quae ab eodem accepimus? *Idem.*

Hac grati animi testimonia nequaquam in verba, sed in rebus, sterilibusque cogitationibus sita sunt; sed in hac sensu cordis, quod gratiam norit, & habeat, atque id factis testatum facere adiuntur. In hoc sita sunt, ut interiori sensu ad ea omnia propter illum, cui omnia debentur, efficiamus, ut illi devotum, quod quidquid ab eodem accepimus, ut hoc non nisi ad gloriam ejusdem velimus, ut eam, quae ipsum decet, gloriam nunquam nobis vindicemus, ut sincera humilitate eas omnes fateamur gratias, quae nequaquam nobis debebantur, ut saepe in cor-

nos ejusdem gratias servituti debet ad-dicere.

Deus ab aeterno de nobis cogitant, & constant in eis, quae nobis contulit bona, conferendi.

quod Deus omnibus generatim hoc singulis particulariter claritatur.

Quidquid Deo Filius praestitit nobis, singularem praestitit.

Ad Gal. 2.

Omnia, quibus nos afficiuntur mala contumeliam sunt Dei beneficia.

Modicum illud gratitudinis quod testatur Deo.

Qua in re hac gratitudo consistit.



de nostro dicamus propter omnia Dei beneficia, quod olim Sancta Elisabeth dixit Beatissime Virgini ob redditam sibi visitationem: Unde hoc mihi? Quid Deo prebiti, ut hanc gratiam mereret? ac denique ut intelligamus, atque intrinsecus persuasum nobis sit, quoscumque grati animi sensus pro eodem habere possimus, nihilum esse, si cum beneficiis illius comparantur. Idem.

Si ingrati animi vitium ad Moralis discipline trutinam examinare velimus, illud profecto nobis turpe videbitur, & non nisi improbi hominis proprium: vitium, quod horret quicumque, dummodo rationis expertus non sit, & magis etiam communia urbana vite officia penitus non ignoret. Semet ita in pretio habere, ut minime accepta referatur benefactori gratia, quae efficit, & ut nostram infirmitatem, & debitum nostrum intelligamus; ita indignum, abiectumque est, ut qui id fecerit, infra bruta quoque animantia sit existimandus. At si ingratitude inuicem secundum Religionis principia, ibi detegimus summam oblivionem earum veritatum, quae in fide nostra maxime fulgent; vel satum omnino superbiam. Ingrati erga Deum sumus, cum ille in nos tantam gratiarum copiam effuderit; Cognoscimus illius magnitudinem, auctoritatem, potestatem? Potestne ille aliquid nobis debere? Numquid interest sua, nobis bona conferre? Ullumne jus nobis est ad eius beneficia? At ad ea bona, quae large, effusaque nobis tribuit ne animam quidem advertimus; & fortasse contra ejusdem gloriam abutimur. Liber cui titulus, Animadversiones in varia Religione, Ethicisque argumenta. Tomo 2.

Quo ille, qui nos suis cumulatis beneficiis, nobis est major, eo vividior, & obsequenter esse debet in nobis ob tantam largitate grati animi sensus. Deus est, qui nos divites facit; nos vero beneficiorum ejus, immo ipsius etiam meminisse designamus. Fierine potest, ut quidquid in sancta Religione nostra magis liquido patet, si ita loqui fas est, ita in animo nostro deleatur? Si ut ingrati sumus apud Deum, oblivisci quodammodo oportet, quid sit Deus, profecto horribilis est ingratitude nostra. . . . Quodcumque bonum nobis conferat Deus, hoc, sine ulla veritatis labe, dicere possimus, maximum esse, si cum auctor illius, tum ille, a quo accipitur, consideretur. Infinita nobis Deus bona elargitur, qui reipsa maxima sunt, ac pretii infiniti, quippe a Jesu Christi meritis, tamquam fonte suo defluunt: at tamen ea, quam illi debemus, gratia, nobis onerosa est, idque proculdubio quia non sinit, ut nostram infirmitatem, nihilumque nostrum palpemus. Superbia nostra consuevit evadit infania, ut per ingratitude nostram hanc vellet & ex nostris, & ex Dei ipsius oculis auferre beneficia. Idem.

Nihil est Deo magis contumeliosum, quam pravus gratiarum ejus usus; & proculdubio severe ulticetur hunc contemptum, hoc ingrati animi vitium, hanc plerumque Christianorum stupiditatem, qui non majorem de Deo sensum habent, quam nequissimus quisque ex grege Infidelium. Pro certo jam habemus. Sanctus Bernardus ait, causam relaxationis, teporis, languoris, modicique profectus eo in vite statu, quem sumus amplexi esse ingratitude nostram, quae efficit, ut nos deserat Deus. Etenim cum putet se jacturam facere boni illius, quod confert ingratis; satis existimat, si semel amiserit, quidquid illis contulerit, neque vult amplius subire jacturam earum rerum, quas iis post se tribuere, qui nullam sunt gratiam habituri. Bartholomaeus de Caranza in Tractatu de Oratione.

Sanctus Augustinus gratitudinem omnem in pietate constituit. Totus, ait ille, Dei cultus in hoc positus est, quod anima beneficiis, & gratiis ejus se non praebeat ingratis. Attamen nihil est, quod in mundo minus attendatur. Opus est, hac in re errore nostrum fateri, atque palam nos Deo ingratos esse testari. Plurimi saepe audent importune ea, quae sibi deesse sciunt, flagitare, sed pauci sunt, qui digne acceptis beneficiis referant gratiam. Vivimus tamquam in jugi oblivione gratiarum, donorumque ejus, eique ingratitude respondimus. Quo majora sunt ea quae accepimus, & accipimus, eo in gratiis referendis sumus negligentiores. Hodierne die haec veluti lex aliqua lata videtur, prosperitatem videlicet oblivionis esse parentem. Si nobis & sententia fluunt negotia laboreque nostri; minus Deo bonorum auctori gratias agendas esse cogitamus. Quot cubitum eunt dormituri, vel mensae

Ingratitudo vitium est turpe.

Quam indignum sit hominem ad Deum ingratitude.

Ingratitudo vitium est, ut non Deum detestamur.

Quam parum grati sumus beneficiis Dei.

accumbunt, manducantur, quin, non secus ac bruta animantia, cogitent, Deum ipsis tribuere eicam, & requiem, qua quotidie fruuntur? . . . Quam maxime igitur interest animo jugem beneficiorum Dei sensum fovere? ita enim testatur nos vere illum diligere; gratitudo enim amoris effectus est, & quidquid a nobis postulat Deus pro bonitatis suae donis, ac beneficiis, non aliud, nisi amor est; ita ut gratitudo, & amor semper inter se vinculo quodam bareant conjuncta. Idem.

Et sane cogitantibus quanta sedulitate, ac diligentia Reges terrae velint servitutem sibi ab illis impendi, quibus aliquam gratiam largiti sunt, mirum esse debet, Deo ita male famulari eos, qui adeo insignibus aucti fuerit beneficiis; atque nos ita stupidos esse, ut cum semper ob oculos Dei versamur, qui nos videt, considerat, atque locis in omnibus concomitatur, integros elabi patiamur dies, quin ad eum mentem attolamus, quin illi gratias agamus, & quin ne testemur quidem nos aliquid eidem debere. Attamen persuasum nobis esse debet, quod ad hoc ut adeo amabili benefactori cum honore eaque gratiarum adiones, quae illi debentur, impenderemus, iugiter coram illo nosmet profertere deberemus, illos imitari fenes, qui Deo solum circumstant, laudes illius celebrant, eique grati animi nostri sensus testantur. Liber, qui inscribitur: Vera Orationis idea.

Omnes vite nostrae adiones cum gratiarum adionibus conjunctas esse debere satis probat ea praeviens, atque amoris referentissimam ratio, qua Deus nos suis muneribus gaudet cumulare. Exteriora bona, quae ab aliquo accipiuntur, quantumvis ille nobilis, & locuples sit, non est minima pars beneficii; sed potior pars est amor, & animus benefactoris, semper illud praecedens donum, quod ab eodem accipimus, & hoc illud est, quod nulla retributione potest rependi. Amor solus amorem persolvere potest, omnia exteriora bona nequeunt debitum hoc dissolvere, & quod mirum est, idem amor illius, qui ex grati animi sensu diligit, nunquam aequare potest amorem illius, qui prior amat; amor enim gratitudinis ex vi justitiae debetur, cum amor ille, qui nos praevinit, habendus sit tamquam omnino gratuitus. Itaque non infinitas tantum Deo gratias debemus agere propter innumera beneficia, quae ab eodem accepimus, sed etiam propter eam rationem qua ille nos iidem jugiter cumulatur. Idem.

Si fateris, te aliquando peccasse, sola gratia qua te ad hanc usque diem expectavit, ut te poeniteret, atque nondum tibi poenam infixit peccatis tuis detrahit, tanti pretii est, ut mereretur, nullam praeter diem, qua Deo gratias non agas. Hoc etiam sufficere debet, ut in aeternum illi gratias haberes; nisi enim ingratis es, saepe reputabis, te aeterna promeritum supplicia, praesentes quoque meritum fuisse calamitates. Intra te tacitus saepe in die dicis tibi; nulli sunt dolores, morbi, cruciatus, qui tibi non afficerent nequeat Deus. Post hac nimis felix essem, si alterius vite periculum me liberare dignaretur. Aeterna omnes, quibus fratres meos affectos video, vulnera omnia, quae illis accidunt, omnes bonorum jacturae, contumelias omnes toridem causae sunt, propter quas mihi agendum fuit Divinae largitati gratias, quae ex his malis omnibus me liberavit. Idem.

O Deus! Jesu Christe Fili viventis Dei, infinite gratiarum, & misericordiarum fons, quoniam serio perpendere, ac saepe meditatione tecum reputare posses quidquid fecisti, ut nos salvos faceres, quin grati animi sensu afficerentur, ac simul sese in gratiarum adiones effunderent? Tu nos praevinit cum adhuc tibi eramus inimici, tu nos quavisivisti, cum fugiebamus a te; tu nos amasti, cum te nullo in discrimine habebamus; atque tunc cum apertum tibi bellum infereramus, adlaborasti, ut nos Patri tuo reconciliares. De caelo hoc consilio descendisti, & pro gloria, qua inter Angelos fruebaris, nostras fuisse calamitates, atque miseras. Quamvis per te bisti calamitates, atque miseras. Quamvis per te omnibus affluas divitiis, voluisti tamen tamquam mortalium pauperrimus nasci; in mortalibus hujus vitam cursu sexcentas persecutiones ferre, & tamquam homo nequam in cruce mori. Proh! si ingrati animi argumentum nihil pro te pati possum; saltem quoad vivam semper immortalis tibi habebam, agam quae gratias propter ea, quae pro me pati dignatus es. Idem.

Impensius optarem, o Redemptor amabilis, posse me saltem propter amorem tui aliquam ex his rebus subire poenis, quas propter amorem mei passus es.

Incessanter Deo agende effectus gratiae pro jugibus beneficiis.

Gratia agende sunt Deo quod non ex aeterna damnatione accipitur, & ex ceteris quibus malis liberavit.

Ausgratitudinis erga Jesum Christum propter quod ab ipso accepimus beneficia.

Pro Deo nos sumus es, cae facit.

& quibus me infinita tua misericordia praevinit. Si terrenis me abdicio bonis, ut te sequar, te verum omnium egenum intueor, atque gravissima paupertate laborantem: Si corpus meum poenitentiae rigoribus exorcio, tuum vulneribus undequaque discerptum adoro; si mihi vite hujus commoda, & voluptates interdicco, tu, ubi caput recines non invenis, si terrae hujus honores contemno, tu haberi voluisti tamquam mortalium omnium novissimus; si injurias, & contumelias dimitto, tu habitus fuisi veluti blasphemus, latro, furcifer: maximum honorem me consecuturum putarem, si propter gloriam suam sanguinem possem effundere: at eheu! quanam supplicii species tibi pro salute mea vitam abstulit? Cur aeternum te unum cogitare nequeo? at oblitusne fuisi mei vel uno momento? Me pudet vota mea enumerare, inutilia quippe sunt, si quod tibi amoris argumentum praebere conor, quot tu ipse mihi non praestitisti? Liber, qui inscribitur: Animadversiones in varia Religione, Ethicisque Argumenta.

Infinitorum bonorum, quorum divina largitati nos debiores esse intelligimus, grati animi sensus in nobis erga Deum parere debet: vel, ut dicam melius, gratitudo nostra, si vera est, non aliud est, quam mutus amor, quo respondemus amori, quo Deus nos liberaliter praevinit: etenim quemadmodum nos proprie eo tantum obligari censuimus amorem, quem aliquis nobis beneficiis testatur, ita nullam proprie habemus gratitudinem, nisi quantum Benefactorem nostrum diligimus. Quocumque nobis procurasset aliquis bona, gratias illi habueris: nequaquam existimarem, nisi aperte pareret, illum amore ductum nostris studuisse utilitati. Hac potius debiti quaedam species esset are dissolvendi, quam beneficium, pro quo gratias essent referende; ideoque quidquid conareris pari benefactori tuo reularis, qui illi amorem impendit, nequaquam est iusta ingratitude nota liberarent. Ex Anonymo Audere.

Nonne verum est, nulla re vos magis ad iracundiam, & indignationem excitari, quam ingrati animi vitio illius, quem dilexistis, & de quo meriti estis perquam bene? Hac quotidie auditur querela: si alius quisquam huc mecum egisset, facile ferrem: sed mihi contumelias inferri ab eo, qui quidquid est, mihi debet, & quem tamquam ex me genuit semper amavi; quomodo patiar? Hominum omnium parentissimus, Salvator adorabilis, qui nunquam eos aperuit suum, ut vel de iudicium injustitia, vel de Sacerdotum legis iniquitate, vel de carnicum levitia conqueretur, visus est sine querela terre non posse displicere proditionem: Juda osculo filium hominis tradidit: Et Propheta illum ita loquentem inducit: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem usque; tu vero homo unanimes, &c. Pater Texter in Dominicali Dominica 5. post Epiphaniam.

Luc. 22.

Psal. 54.

Consideratio beneficiorum Dei non ad illius amoris debet impellere.

Semper nobis suppetant quae propter nos solent rebus illi Deo ingratis considerate possunt.

sua momentum, quo Deus in nos misericordiae suae manus minime aperiat; & nullum fere, quo eidem animi nostri duritiam non testemur. Verbo; Mundus regnum est ingratorum, & Deus, ut ita dicam, ibi semper gratiae lux torrem in spinas, ac tribulos depluit. Abbas Trappensis Tomo primo, Documentorum Christianorum.

Ingratitudo peccatorum omnium odiosissimum Quam odiosa ingratitude sit, & cur. est, & communissimum; omnes illius nomen horrent, sed omnes fere eandem exercent. Existimatur non alia nequior infamiae nota offendi posse aliquid, quam si ingratus vocetur. Et sane cum Sancto Bernardo dicere possimus, ingratitude eam esse, quae naturae vincula infringit, quae civilis societatis commercium solvit, & quae ulterius profectus Religionis cursum, atque successum interumpit, qui quidem a Deo per gratiarum effusionem incipit, ac desinit in creatura, quae beneficio vicem rependere debet aeterno gratitudinis suae monumento. Ceterum si secundum Ethicorum axioma quilibet peccator ignarus peccantem ingratus dicere possimus: Omnes peccant est ingratus; quia infelix hic in terrarum ingratitude omnium prouit. Sermo Manuscriptus.

Nonne verum est, Fideles, vos debere Deo essentiam, quam per creationem recepistis, gratias, quae in Baptismo vobis collatae fuerunt; justitiam, quam per Poenitentiae Sacramentum adscitum estis, ac denique Dei participationem, quam per Eucharistiam obtinistis? Ad haec nonne verum est, illum, post primum a vobis paratum scelus, potuisse iure vos in interitum dare? Heu! quot post primum crimen lapsi sunt in infernum, & nihilominus tantam vobis Deus contulit gratiam, ut ad poenitentiam pertraheret? At nondum satis: nonne verum est vos ab ipso infinita liberalitate in Sanctissimorum Mysteriorum partem evocatos fuisse, atque propria eisdem carne fuisse introitus, illo seles vobis eicam, potumque praebente? Ullane huic par bonitas inveniri potest? ullane huic gratiae potest excogitari? Adde his numerum actualium gratiarum, inspirationum, motuum, documentorum, exemplorum. Quod si ab interioribus ad exteriores gratias progredior, quot ille vobis contulit bona? quot reditus, cum interim plurimi fame, sitique laborarent, & alii in sudore vultus sui victum sibi comparare cogantur? Attamen quoniam est gratitudo vestra? Heu! nihil nisi ingratitude vitium videtur, & ubique terribilis gratiarum, ac beneficiorum Dei spectator abulus. Heu! numquid quia bonus est Deus, Sanctus Augustinus ait, nos improbi sumus, & quin gratias illi ob tot beneficia habeamus, his tamquam armis ad eum ludentium utemur? Idem.

Magna est gratitudo erga infinitam Dei misericordiam propter tot bona, quibus nos cumulavit, & quibus nolimet indignissimos praebueramus, profundo humilitatis senta sperare, ipsum in nobis opus suum abolitutum, primis laudibus additutum favoribus, atque perfectarum hanc gratiarum sibi mutuo connexarum catena, ut pluribus prosequatur beneficiis eos, qui supplicia tantummodo merebantur, si iustitia tantummodo consuleretur. Si enim reminiscimus, verumque grati animi sensum concipimus ob ea, quae nobis praestitit, beneficia, quomodonam minime consideremus nos ab eo semper acceptos ea, quorum egenus? Sin autem tot beneficiis indignum esse credis; numquid tuis dignum eras, quae recepisti? Liber cui titulus, Christiana Documenta, Documenta pro Dominica 18. post Pentecosten.

Dei unius est de hominibus in singula momenta benemereri, ac nunquam beneficiis conferendis fatigari: itaque nemo est, qui tot ingratos efficit: ille unus negligitur, contemnitur, laediturque tunc etiam in occasionibus, ubi hominum generositatem, & gratitudinem magis excitare contendit. In ea luce, in qua illos constituit, in divitiarum, opumque bonis, quibus eos cumulatur, in auctoritate, quam illis committit, tuis ejusdem obliuiscuntur, eique bellum audent indicere? Quae ille indignatione exardescere debet? Nonne tunc, quod apud homines magnum est, abominatio est in oculis Dei? Nonne in his circumstantiis; dignitatis bona sunt ejus reprobatissimi primitiae, cuius fatalis caracter perisque mundi hujus divitiis inhærere videtur? Auctor Recens.

Animus advertendus esset ad eas cognoscendas Deo gratias, quas nobis contulit Deus; id si, uti patet, est di.

Quam odiosa ingratitude sit, & cur.

Multitudo beneficiorum, quae debemus Deo grati animi sensum ex nobis repetit.

Gratitudo ob vetera beneficia recentium conscientiam immittit.

Hominum praesentium nobis, huius divitiarumque in gratitudo.



est a nobis fieri, tantum charitatis inveniremus in ea ratione, qua nobiliter operatus est, ut illum non amare non possemus. Dei beneficia largientis intentio est, nos cogendi ut grati animi sensu diligamus eum, qui bonum est bonorum omnium maximum. Gratitude erga eos, qui de nobis meriti sunt perquam bene, aequi naturalis est motus ac ultio in eos a quibus affecti fuimus contumelia. Heu! nolimus Deo tanquam auctori accepta referre ea quae nobis vel bene accidit, vel male; hoc si faceremus, Deum quidem unum diligeremus, homines vero nequaquam odio persequeremur. *Pater de la Colombiere in Christianis Considerationibus.*

Nihil aequi iustum est, ac gratitudo nostra in Deum, quia plurima nobis contulit beneficia. Ille prior de nobis optime meritis est, cum adhuc illius essemus inimici. Quidquid boni nobis conferant homines, huic uni gratias habere debemus; hic enim illis facultatem, imperium, ac voluptatem dedit; sed ingrati sumus, bonorum ejus obliviscimur, iisque ad eum laedendum abutimur. Cum nobis aliquis gratificatus est, primum statim verbis benevolentiae cumularissimis ei gratias agimus; deinde omnes inquirimus, & exploramus occasiones vicem referendi, & iniqui sumus, donec eo perfungamur officio, quod beneficii accepti postulat gratitudo. Hac in re deesse idem est, ac melius constitutas leges non honoratis solum, & urbanitatis, verum etiam iustitiae naturalis infringere. Quod autem nobis cum hominibus necessario exercendum censemus, nonne potiori iure cum Deo exercendum arbitramur, qui in singula momenta de nobis benemereri non cessat? Indefinenter gratiae essent a nobis agenda, quia indefinenter ille nobis gratificatur; nobisque diligentissime inquirenda esset occasio ad maiorem ejusdem nominis gloriam laborandi; quia hoc unice bonum illi procurare in hoc mundo possumus, in quo ad id unum positi sumus. *Idem ex parte.*

Perpendite, quales infinitam beneficiorum Dei erga homines multitudinem. Supposita essentia, quam libere ipse nobis donavit, semper in nos misericordiae suae effectus effundere perseveravit, nos tutandi curam assumpsit. Nos, ut ita dicam, in immensitate sua inhabitare facit, atque in sua aeternitate vigeat. Nos protegit, nos tuetur, nunquam in nihilum, ex quo nos eduxit, iterum reverti sinet. Ipse novit egestatem nostram, eique consulit, ac opem, & solatium adfert; nostris autem precibus gemibus, nostras preces audit, exauditque. Cum nobis rebus in omnibus cooperatur, & motuum nostrorum minimus est bonitatis ejusdem effectus. Haec illam nobis adhaerent ipsius immensitas, aeternitas, potentia, providentia; sanctitas vero, fidelitas, liberalitas eundem nobis recentibus vinculis adstringunt. Nos ad se trahit, opemque fert, ut eamus ad ipsum: bonis operibus nostris infiniti pretii mercedem spondit, & si illam mereretur, hanc sibi legem indicit, ut illam negare nobis minime possit. Ipse noster Creator est, Redemptor noster, Protector, atque Remunerator. Tot beneficia nonne grati animi sensum exposcunt, infinitaque obsequia, si iidem pares essemus? *P. la Vesse, Tomo 5. de amore Dei erga homines.*

Hominum plerique non solum non deserant gloriam, & gratiarum actiones, quas debent; sed per excessum ingratitude, aliisque has gratiarum actiones tribuant. A Deo recipiunt ea bona, quibus cumulantur, & hominibus gratias agunt; ea, quae ineunt, consista et voto cedunt, prosperumque illorum exitum suae acceptum referunt industriae; ad sublimes honorum gradus evehantur, ac illos amicum suorum favori debere putant; familia divitiis affluit, atque se earum auctores existimant, vel si earum gloriam Deo vertunt; illum merita sua fuisse remuneratum arbitrantur. Quid hoc est? Sanctum Paulum interrogate, respondebit ille, hoc esse veritatem in mendacium convertere, hoc esse falso creatur acceptum referre, quod Creatoris opus est; hoc esse idolo dicere, tu me fecisti, quod sum. *Ex Morali Dictionario, Sermon 1. de Ingratitude.*

Saepe in Deum alia ratione sumus ingrati: illi preces effundimus, ut gratiam aliquam obtineamus, eamque enixus flagitamus. Filius agrotat? Mater gemebunda ad vota confugit, Dominique Ministros obtestatur, ut filii morbum deprecetur. Lis gravis instat, cuius iactura metuitur, quae totius familiae secum iterum trahat? Supplicationes sunt, i precesque funduntur, ut omnia cedant et sententia. At filius ille convalescit? lis haec nobis adjudicatur?

De Deo non cogitatur amplius; neque ulla eidem aguntur, habenturque gratiae: satis est votorum summam obtinuisse; nulla redduntur vices, nulla actio gratiarum habetur: *Non est inventus, qui redderet, & daret gloriam Deo; Quemadmodum ipse dicebat Saluator loquens de decem leprosis, ex quibus unus dumtaxat reverfus est, ut ageret illi gratias, quod a lepra fuerat mundatus. O quantus est numerus ingratorum! Idem.*

Nequaquam pro nihilo habendum est donum si dei, & ad Christianam Religionem vocatio. Mea Christiani dignitas, nonne singularem a me postulat gratitudinem? Electio, qua me Deus prae tot mortalibus elegit in Ecclesiae suae sinu nutritus, non permittens, ut ex haereticis, vel idololatriis ortum ducerem, me in bona deducens via; & a tenentis utque unguiculis erudiens, electio fuit merito gratitudo, cui nihil ego potui conferre. Dum nationes integra sine Deo vivunt, sine Religione, sine Lege; dum plurimae infideles regiones iqualent in umbra mortis, dum Provinciae innumerae verum Deum non colunt, vel in spiritu, & veritate illum minime colunt, quid ego praestiti, ut eam confitequer gratiam, quam ille mihi largitus est? Quid feci, ut me aquis Baptismatis regeneraret, ut mihi Regni sui mysteria detegeret? Quot simul in una collectae gratiae! quot iterata beneficia! quot acquisitissimae gratitudinis argumeta! *Idem in Considerationibus.*

Hoc Christianae Religionis principium, quo docemur, neminem nobis aliquid boni efficere posse, nisi Deus velit, hoc ab aliquo nobis procurari; ideoque ipse per alium hoc nobis conferat, locum aperit detegendi infinita Dei de nobis consilia. Hinc enim patet, ubi in egestatibus nostris aliquam ab hominibus opem, solatium, subsidiumque percipimus; Deum per illum nobis opem, solatium, & subsidium asserere; hunc efficere, ut nobis servi famulentur, ut nos Principes proelegant, ut nos Ecclesiae Ministri moneant, atque erudiant. Quam uber est Oratio Dei erga nos meritum! *Auctor Tractatus de Oratione in septem libris divisi.*

Ad praecipuum, & meditati beneficiorum Dei ex praecipuis, atque validissimis rationibus est, quae nos ad Dei amorem debent impellere, ac nos salubri confusione suffundere, quod sumus, hodieque sumus erga Deum adeo clamantem infideles. Consideratio haec in altera vita Beatis quidem gaudium, veritatis vero terribile erit supplicium. At si in hac praesentibus contritionis sensum immitit, eoque profuerit, illos simul recitare debet sepe divinae misericordiae; etenim si contra erga Deum ingratus, & infideles largitatem exercuit; fidei consonum nihil videtur, velle eandem nobis asserere, cum infideliter esse incipimus, & ingratitude nostram damnamus. *Idem.*

SUPPLEMENTUM.

Ingratitudo, Gratiarum Actio.

DA nobis, Domine, spiritum gratitudinis pro bonis, quibus nos indefinenter cumulasti, & praeserva nos a noxio ingrati animi vitio, quod efficit, ut obliviscamur gratiarum tuarum, nos iidem praebet indignos, & prohibet, ne depliant in nos. Ingressi sumus, Domine, in terram tuam, quantum in Ecclesiam tuam sumus ingressi, sed nondum tibi composites sumus; alia enim terra est, quam nobis promittis, & in qua solum felices esse debemus. Neque proficere debemus, nos esse in una, nisi ut simul telemur nos sperare alterius etiam possessionem. Iudaei ex Aegypto egressi desertum pertransierant in promissam terram ingressuri. Sub pellibus diu manserant, antequam in Palaestina domos sibi compararent. Liberati sumus a peccato, Ecclesiae tuae desertum est, per quod te duce nobis iter agendum est; caelum locus est, quo nos pervenire contendimus; Ecclesiae tabernaculum est viatorum, & praesentium; caelum pacata sedes est eorum, qui pervenerunt, atque vicentur. Fac Domine ut ambulemus eo perventuri; fac ut pugnemus illum evantes post victoriam introituri. Tu ipse nobis tradis duo praecipua animae gratiae erga tuae gratias officia. Primum est meminisse malorum quibus eam liberaisti, & bonorum quae illi contulisti; alterum est tibi hac eadem offerre bona, & cum aliis communicare. Ubi est gratitudo nostra, Domine? Obliviscimur miseriarum nostrarum, & tuarum misericordiarum; abutimur bonis tuis, eaque injuste nobismet

Deo gratias agimus, quae homines nobis conferunt bona, sunt Dei beneficia.

Omnis, quae homines nobis conferunt bona, sunt Dei beneficia.

Consideratio beneficiorum Dei potens est illum amare, & considerandi in ipso argumentum.

Elevatio mentis in Deum ad obtinendum grati animi sensum erga illum beneficia.

vindicamus. Apostolus tunc semper reminiscitur, te persecutorem tuum fuisse, ut incessanter gratias agat beneficii quo fuit affectus, & ut vocet peccatores in partem ejusdem gratiae. O Deus, recordatio malorum tuorum nobis pretiosa reddat tua dona; & miseris nostris misericordem te efficiant aliorum miseris. Fac nobiscum misericordiam tuam, & adjuva nos, ut & ipsi misereri possimus. Cumula nos bonis, & fac, ut illa reddamus tibi, ut non nisi in te, & propter te possideamus ea, quae a te uno tenemus, & communicantes aliis munera, quibus liberali magnificentia tua indefinenter cumulamur; possimus etiam aliquando cum illis frui bonis aeternis, quae nobis preparavisti, *Recens Auctor.*

Hac nunquam inferretur injuria Principi, qui insignes pollicitus fuisset remunerationes deservientibus sibi, & qui se laetum putaret, si aliunde quam a se ipso merces expectaretur, & si quis praereter aliorum ex subditis suis blandimenta bonis solidis, quae ab illo sperare deberet se consecuturum. Hac nihilominus ratio est, quae quotidie agimus erga Deum. Aeternum promittit regnum iis charitatis officii, quae proximo reddimus, sed vult nobis hanc sufficere remunerationem, & non aliam a quolibet expectari. Attamen plerumque hominum spiritus jugiter vacat cogitando, an reddatur quod sibi debetur, an illi, de quibus meriti sunt, habeant gratiam, & an diligenter iis perfungantur officii, quae ab hominibus ad animi grati sensus offendendos insinuat fuerit. *Tractatus de medijs peccati servanda.*

Gaudium nostrum plenum esse oportet, atque completum, cum nobis credendi locus est eos, apud quos non adeo belle beneficia nostra possuisse videmus, gratissimos esse; & id proficisci dumtaxat ex nostrorum erga ipsos meritum inscitia. Etenim si cer nobis re ipsa utilissimum sit, alios nobis ingratos esse; tamen hoc nobis cupiendum non est, quia hoc plerumque est illis male cupere. Sed nihil hoc optatum est, cum hoc neque illis, neque nobis officit; & quin rei sint ingrati animi vitio non adducunt nos in discrimen amittendae mercedis, quam a Deo praestulamur; pro humana quapiam actione gratiarum. *Idem.*

Non injustum est, verum etiam turpe, exigere, ut gratos nobis se probent illi, de quibus benemeriti sumus. Magnum nobis esset erubescendi argumentum, cogitantibus quae ob res nosmet aeterna mercede privamus. Grati animi officia, quae exigimus frequentius ad meram urbanitatem rediguntur, & ad obsequia inutilia, & hac praerimus Deo, ac bonis quae ille nobis pollicetur; & saepe etiam in causa sumus eorum vitiolum, quae aliis probo damus. Gratitude in corde eorum extinguimus per eum modum, quo de illis bene mereretur, nobisque fere semper locus est credendi, nos videre beneficiis affectos minus esse gratos in nos, quam in alios, & aliquid nobis esse, quod grati animi officia non mereatur. Verum seu id culpa accidit nostra, seu aliena, semper turpe est succedere cum nobis ea negantur officia, quae palam videmus non solum nobis utilia esse non debere, verum etiam esse posse nobis periculosa. *Idem.*

Debemus Deo sacrificium obsequii tamquam Endi supremo, primoque vitae nostrae, turpemente omnium principio, tamquam illi qui nobis contulit vitam, & qui tuetur illum toties, quoties aerem recipimus; tamquam illi, qui effusissime nos bonis, gratiisque suis cumulavit. Debemus illi, veluti supremo iudici nostro sacrificium expiationis, ut qui multifariam in oculis divinae Majestatis ipsius peccavimus, quantum in nobis est iustitiae ipsius satisfaciamus. Cum Deus sola fit origo bonorum omnium, seu corporalium, seu spiritualium, seu temporalium, seu aeternorum; nonnulli ad illum confugere possimus, & debemus; illa impetraturi. Nobis igitur etiam necessarium est impetrationis sacrificium in summa rerum omnium inopia. O ineffabilis Domini Salvatoris bonitas! ad explendam tuam erga nos charitatem satis non fuit tibi, offerre pro nobis Patri tuo celesti creentum Crucis sacrificium; adieceris voluisti incrementum sacrificium Altarium; adieceris modum praesentes offerendi eidem iuge sacrificium, atque ita omnibus erga illum officiis detungendi. Quod vero in nobis grati animi sensum augere debet, hoc est, quod omnibus mystici corporis tui membris, omnibusque fidelibus, qui tuam componunt Ecclesiam, jus est offerendi cum te Patri tuo idem sacrificium. *Modus recitandi Orationem Dominicam.*

Ex decem leprosis, quos Christus Jesus munda-

vit, unus tantum reverfus est Deum elata voce laudans; qui etiam projecit te ad pedes Jesu facie in terram demissa ei gratias agens. Hic autem erat Samaritanus. Sedulo perfectum hoc gratitudinis exemplar intueamur; conemur omnia illius lineamenta in nostris gratiarum actionibus imitari postquam factis refecti sumus mysteriis, hoc enim tempore nobis aditendum est, ut in nobismetipsis exhibeamus, & nostram pietatem; 2. nostram humilitatem 3. nostrum fervorem. Ob minima qualibet aliorum in nos merita, praecclare in nobis ea posita fuisse ostendere volumus; voces, quae maximam habent vim ad grati animi sensum exprimentum, prodigimus; credimus nunquam vel satis patrem, vel satis cito gratiam a nobis posse rependi: Deus unus est, erga quem non aegre nosmet a gratia referenda, & habenda dispensamus. Verum indene hoc accidit, Deus, quia tua erga nos merita nimis multa, & magna sunt? Ideone licet nobis minus affectos tot, tantisque beneficiis videri? Quis error, quae excitas? Samaritanus, alienigena, profanus reliquos omnes antevertit sua erga Salvatorem gratitudine. Hoc quotidiano etiam apud nos exemplo probatur. Connobita aliquis, vel Sacerdos minus afficietur Divinis erga se ipsum beneficiis, & gratias, minus erit plus, circumspicet, atque in se collectus, eo die quo ad sacrum Dei convivium accessit, quam alio quilibet et populo? Quantum hoc est Religionis dedecus, & probrum? Sed quodnam supplicium tantae imminet ingratitude? *Moralis novi Testamenti P. Lancelville. Tomo 4.*

Si qui nostra creavit corpora, spiritus quoque nostrum creavit; si noster pater est, si nos sine suo fuerit, si efficit, ut vivamus; si nihil habemus, quod ab illo non receperimus; si omnis nostra spes in illo sita est: quia honori nobis non ducimus, eo quod a Parente adeo nobili nati sumus? Cur illum ex toto corde non diligimus? Cur non illi soli servimus? Cur inconditis cupiditatibus nostris obsequimur? Abrahamus nosmet a terra; & versus illum oculos attollamus. Cogitemus qua confidentia, & fervore David exclamabat: *Tuus sum; salvum me fac Domine!* O si possemus intelligere, quantum debemus Deo, qui non indiget nobis, qui nullum faceret detrimentum, si nihilum relaberemur, ex quo emerissemus, & qui nihilominus oculos suos figit in nos; qui nos diligit, qui nos tuetur, qui rationem habet nostri, atque conservat nos, tamquam thesaurum suum: certe in illo consideremus, emque tamquam supremum Dominum nostrum in honore haberemus. Diligeremus illum veluti Patrem; & nullam esset vel bonum, vel malum, cujus spes, vel timor nos ab illius charitate divelleret. *Cardinalis Bellarminus in Opusculis.*

Deus de nobis cogitavit, nosque ab aeterno dilexit. Per ejusdem amoris effectum creavit nos in tempore per divinam Providentiam suam constituto praefinitis aliis creaturis, quas reliquit in nihilo, & quae illi meliorem, quam nos, praestitissent servitutum; efficit, ut ex catholicis oriuntur parentibus, qui sanctam nobis procuraverunt institutionem, cum tot alii nati sint in tenebris idololatriae sine veri Dei cognitione. Peculiariter beneficiis illius impendamus attentionem, & cogitemus, quod cum in odium Dei per originale peccatum incidimus; hic idem Deus misit filium suum, a quo redimeremur: ad id hic Homo-Deus annorum triginta trium spatio laboravit, totumque suum effudit sanguinem, & peculiariter charitatis affectu sese pro nobis obtulit Patri pretium sanguinis sui, nos a longe plurimis faciens, cum inerea tot barbari damnati sunt, eo quod in idololatriae caligine orti sunt. Addamus his tot peculiares gratias, quibus nos Deus praevinit, tot sanctos motus, tot evitata pericula. Quot, quantaque gratitudinis nostrae argumenta! & quam grave post tot, tantaque accepta beneficia, quam grave scelus est ingratitude! *Considerationes Christianae.*

Quidnam impellere potuit Deum, ut de nobis ab aeterno cogitaret, ut nos diligeret, ut vitam nobis amorem tribueret, nosque tot beneficiis suis cumularet? Nequaquam sane hoc ille praestitit, quia indigeret nostris, vel aliquid in nobis amore dignum inveniret; videbat e contra omnes iniquitates nostras, & peccata, quae in ipsum aliquando patraturi eramus. Nonnulli meta illius bonitas, & eximia in nos charitas potuerunt igitur illum adigere, ut nos tot be-

ligendus ob ea beneficia, quibus indefinenter nos cupimus.

Quam iusta sit gratitudo erga Deum propter beneficia.

Enumerabilia, quae a Deo accipimus beneficia aeternam ex nobis exposcunt gratitudinem.

Hominibus aliis gratias a se habendae esse putant, potius quam Deo ob accepta beneficia.

Saepe a Deo beneficiis cumulati eidem gratias aegre peggimus.

Erangelii, quo prope eos esse homines Dei beneficia a grati...

Debemus Deo gratias animi propter omnia beneficia, quae postulat excogitari.

Psalm. 118.

Praeritum vero propter infinita illius erga nos beneficia.

Solus Dei amor erga nos cum fuerit iustifactorum causa, nos debet magis, magis ad faciendum animi...



sentis fo-  
vedorim  
pelle.

nefastis emularet. Quem ergo animi grati sensum debemus huic Deo adeo bono, & misericordi? Quid nobis agendum, ut gratias in minus referamus, habeamus saltem? Heu! Si terrenus aliquis princeps vel minimam contulisset mihi ex his beneficiis, quibus a Deo affectus sum; crederem sane in illis gratiam quidquid in me honorum, aut vitæ esse impendendum. Unum igitur erga Deum omni grati animi sensu carebo; Beneficia illius, quia infinita sunt, meam ideo non mereantur gratitudinem. *Christiane Considerationes.*

Confessio  
a nobis fa-  
cenda erga  
Deum in-  
gratitudi-  
nem.

Quinam divinæ erga nos bonitatis excessus, cum nos tanta caritate licet indignos dilexerit! Sed quinam ingrattitudinis excessus in nobis, qui adeo quinam amavimus illum, qui summo amore profertur? Quis est? Omnia vitæ nostræ momenta in eodem diligendo impendenda sunt; quia ne unum quidem beneficium illius vacuum est; sed heu! vix unum reperimus, quo illum vere amaverimus. *Sermo de cognovi, sero te amavi, dicebat S. Augustinus.* Adeo nos inveni levissima etiam beneficia, quæ a creaturis accipiunt; hæc nos fascinant, nos trahunt, nos captivant, & cordibus nostris potiuntur: Dei vero beneficia, illius perfectiones, bonitates licet infinitæ cordium nostrorum dardiam flectere non poterunt? Hoc meo corde potire, Deus; ibique æternam tuam mansuetudinem constituere. Nonne satis diu vivimus in profunda misericordiarum nostrarum oblivione; tua liberalitate nullatenus commoti, gratiæ tuæ rebelles, surdi assidibus tuis, sanctæque legi inobedientes? Quandonam te sine inconstantia diligimus? *Christiane Considerationes.*

Sincera  
profectio  
Deum tota  
vita dili-  
gendi.

Hodie, Domine, incipiam diligere te, ut in requiem vitæ spatium te diligere perfererem: *Diligam te Domine.* Quemadmodum tuus erga me amor sterilis nequaquam fuit, ipse etiam efficere volo, ut ex effectibus illum cognoscas, quæ cor meum deinceps flagrabat propter te, quia te ulla, te favente, valeat extingui. Etiam, quis me separabis a Charitate Christi? Nam voluptatis amor, humana ratio, honoris summa, conviviæ, procracium mortalium irrationes, fallacia mundi placita, malæ voluptatis, quæ sæpe nuxæ vocantur, & quæ nihilominus sanctæ legi tuæ adeo adversantur? Verum est, si meinet ipsum inueor, & ex his, quæ præterite de his, quæ futura sunt iudicium ferre volo: Heu! omnia mihi pertimescenda sunt a cupiditatibus meis, meoque ingenio: cum satis superque perspexerim, doctas experientia, quantum ex me sim imbecillus; sed innoxius uni gratiæ tuæ, Domine mihi, subsidio, & non viribus meis; polliceor, recipioque futurum ut nil horum efficiam, ut sancti amoris tui faciam detrimentum: *Neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus &c.* Nequaquam, Domine; non timor mortis, non amor vitæ, non Inferorum potestates, non prosperitas, non adversitas me unquam a te separabunt. Offero tibi, quæcumque inhi consilia, eaque instaurum cum stabili promissione fore ut ea diligentissime persequar. Offero tibi, quidquid possideo, & quidquid a te recepi. Mihi spiritum tribuisti, ut te cognoscerem, & voluntatem, ut te amarem; sed prorsus oppositum a me factum est; his imposterum uti nolo, nisi ut diligam te. *Christiane Considerationes.*

ad Rom. 8.

Hicem.

Beneficia  
sæpiissime  
ingrati  
animi vi-  
tio repen-  
duntur.

Quibusnam rebus inani putatis meritum mortali-um, quibus velicatur Fortuna, & qui sese ad sublimem adeo gradum extulerunt; curis videlicet, quæ turpitudinis, ac humiliationis plenz sunt. Magnatum caracter satis per se innotescit. Illa amantibus objecta quæ illos sua magnitudine replent, malant videre homines, qui sibi quodammodo suam debent fortunam. Adeo favorabili spiritus affectione non abutuntur. Accedunt ad illos; proprio eorum amor obsequuntur, fortunamque admittunt. Illos colunt & observant, majori cum questus sui cupiditate, quam videantur, in antecessum gratis illis animus promittitur; & ex minimis etiam rebus istidem tributa offeruntur. Hæc agendi ratio admodum prudens proculdubio insigniores gratias promeretur. Ita per gradus proceditur, & prout augentur opes, eo magis cor cum ipsa crescit fortuna. Superbit homo, se ipsum incipit ignorare; incipit, ut ita dicam, procul ab origine sua fluere; & toto pectore studet efficere, ut illa ignoretur. Tunc vero principis ille, qui non palpat amplius eo cultu, quem illi præstabas, retrahit manum suam; & sin minus aliquid tuo confert excidio, saltem te derelinquit. *Sermo tertius Academiae anni 1711.*

Quid in  
perfecta  
gratiarum.

Cum nihil perfecta gratiarum actione sit infrequentius; opera pretium mihi videtur eos recensere

errores, qui in ea committuntur, ut evitentur. Tres vulgo esse conperio; quorum primus est, nihil facere Dei beneficia; alter, illa silentio obvolvere, tertius gratiam non retinere. Beneficia igitur in pretio habenda sunt, eorumque auctor amandus; Fera ipsæ sentiunt beneficia, & quotidie grati animi nobis præbeant exempla, & nullum tam feroc brutum est, quod non amet illum, a quo alitur, & qui de ipso benemeretur. Sed quoniam in hoc primo desinant officio; seu quod indignitæ suæ acceptum referunt bonum, quod a Deo receperunt; seu quod illud sibi deberi arbitrantur, seu quod illud rejiciunt tamquam grave onus aliquod, & importunum; quemadmodum fecerunt Judæi respuentes Evangelium, quod illis S. Paulus annuntiabat; quod certissime magna est maledictio. Præter conditionem hanc Dei beneficia sunt etiam prædicanda, eique testandis esse grati animus per laudes, actioneque gratiarum; cujus rei ipsa etiam bruta nobis præbent exemplum dominis suis ablandientia. Silentium, & oblivio tui benefactorum sepulchrum, S. Chryostomus inquit, & iuges gratiarum actiones sunt illorum fidissimi custodes. Tertia demum conditio est: Reddere Deo beneficia, quibus ab illo sumus affecti, singulos pro mensura, & facultate propria, seu exigendo, ut hæc bona ad nostram utilitatem aliquid conferant, sine illa communi- cando proximis ob majorem Dei honorem, & laudem. Sed quod divinis abutuntur beneficiis dumtaxat, ut illum irriterit! Terra fertilibus centuplum reddit crediti feminis, & ignis nostrarum concupiscentiarum, naturali similitudine devorat omnia, & cineres dumtaxat producit! Tristis cordis ingrati status, quod sibi aureum, argenteumque constat idolum ex his, quæ Deus ex tuis depromit thesauris, ad illud opibus cumulandam. *P. Noxy in Meditationibus.*

Si recordatio beneficiorum, quæ ab hominibus accipiuntur cogit eos, a quibus accipiuntur, ardentius benefactoribus suis amorem conlere; profecto si mente repetimus gratias, quibus a Deo cumulatur obedientia nostra auctior erit, atque fidelior. Te cor meum laudet, S. Augustinus dicebat; tibi lingua mea benedicat, ossa, & viscera mea tibi dicant, Domine, quis similis tibi? Ita loquebatur magnus Antistes ille admiratione, & grati animi fervore plenus propter gratias, quas illi contulerat Deus cum non posset invenire cogitationes satis sublimes, verbis satis efficacia, cordis sui impetum exequantur. Hic quoque idem esse debent sermo animæ Christianæ coram Deo propter omnia beneficia quibus ab illo cumulata est; & eo quod hæc fere nunquam ita loquitur, ille omnibus temporibus de huiusmodi ingrati animi vitio, & mortalium peccatis conqueritur est. *Bos inquit facit Textus, cognovisti possessorem suum, & asinus præcepit Domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. Et S. Joannes nonne dicit? In mundo erat, & mundus eum non cognovit: In propria venit; & sui cum non receperunt. Quæ magis funesta cæcitas, quoniam gratias pertinax ingrattitudo, quæ magis perverfa animi affectio, & quæ proprie utilitatis oblivio esse potest magis criminosa, & completa, quam hæc non cognoscendi tui beneficia, a Dei misericordia recepta! quam hæc non agendi quotidie gratias ob tui beneficia, quibus in singula momenta ab infinita illius bonitate cumulatur! *Sermo quintus Academiae anno 1675.**

Si datur, ut ita dicam, assiduis beneficiorum, & gratiarum fluxus, a capite in membra omnia fluentium, videlicet a Salvatore in fideles: nonne æquum est, ut detur jugis etiam altus amoris, & gratitudinis membrorum ad Caput, a quo tot bona recipiunt; & sine cuius auxilio nullum possunt bonum efficere? Hac de causa dicebat Dei Filius, *si ne me nihil potestis facere.* Sic vitæ palmes nequit ex se aliquem fructum facere, sed opus est, ut maneat in vite: ita & nos nullum ferre possumus fructum, nisi in illo manserimus, eidemque adhaerimus. Verum si hæc beneficia in semet tanta sunt, & propter multitudinem suam adeo insignia, multo majora sunt propter circumstantias, quæ illa concomitantur; cum ne unum sit, quantumcumque videatur, quod aliquo modo infinitum non sit, quia proficitur a persona infinita, & infinito amore, atque habet pro termino infinitam quodammodo felicitatem. *Societas ad Domini nostri amorem pietærum.*

Potestis ne excusare inavum illum Pharaonis Ministrum, cujus ingrati animi vitium legitur in quadra-

estione  
quæritur.

Ham. 26. 19  
Matth. 10.

Si credi-  
mus gratia  
ille refer-  
endum  
beneficium  
possimus,  
et multo pe-  
tiori iure  
beneficia  
Dei refer-  
re debet.

Tanta sunt  
Dei erga  
nos benefi-  
cia; ut  
explicare  
non possi-  
mus.

Job 17.

Joan. 14.

Sicuti Sal-  
vator totis  
se nobis  
impendit  
ita ipsi  
totum amo-  
rem suum  
illud debemus  
impende-  
re.

Joan. 15.

Ingratti-  
tudinis ex-  
emplum.

dragesimo capite Genesim; Fuarat in carcere una cum Joseph: a Joseph certissimam habuerat promissionem futurum ut quamprimum pristinae dignitatis restitueretur. Joseph non aliam hujus adeo eximii beneficii mercedem poposcerat, nisi ut sui ipsi coram Pharaone interponeret: *Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, ut suggeras Pharaoni, & educas me de isto carcere.* Hic tamen ingratus, delictis novæ suæ prosperitatis ebrius, & beneficii & Auctoris ejusdem obliviscitur. Joseph infelix adhuc duos languet annos: *& tamen succedentibus prosperis, oblitus est interpretis sui.* Solam hanc oblivionis indignissimæ narrationem nonne animus vester ægre fert? Quomodo ergo ferre ipsi potestis vestram oblivionem tot detestatorum, quorum possidetis bona, quorum nomine appellamini, a quibus vitam recepistis, quibus fortunam, dignitatemque vestram debetis? Quorum tamen gratiæ, beneficia, & benevolentia, elapsit tunc ex memoria vestra; & quorum præsens necessitas quibus ulla in animis vestris vim obtineat, ne vestram quidem ciet attentionem? Num intelligitis, quid a vobis agatur? Nam quantum a vobis debeatur, agnoscitis? *P. De Rue in Adventu.*

Nihil vulgatius, & frequentius in sacris Scripturis occurrit, quam recensio beneficiorum, quibus Deus homines cumulavit. Ex hac adeo frequenti repetitione consilium ejus esse videtur, posterorum memoria commendando beneficiorum suorum numerum, & magnitudinem homines adigere velle, ut in æternam gratias agant, & habeant. Jure enim credi non potest, Deum hoc facere, ut sua nobis exprobrat, atque ostentet beneficia, suam oculis nostris obiectis potentiam per hæc beneficia, nostræque insulans imbecillitatem pro numerum earum rerum, in quibus ejusdem ope indigemus; sed credendum est ab illo ita agi ne ingrata hominum corda sibi claudant vias bonitatis ejus, noxia maxime eorum ejusdem liberalitatem oblivione. Sentiamus ergo, qualiter sentire nos vult Spiritus Dei de illius beneficiis, quibus non obruit potius quam cumulavit, & quorum copia semper ad excessum, & profusionem evasit, quemadmodum palam S. Paulus testatur; *propter nimiam charitatem;* Etenim excessus sui erga nos amoris illam ad magnificentiam adeo liberalem impulit egra creaturas adeo indignas, & ingratas. *Ex Manuscripto Sermone.*

Quin meminerimas istic naturæ bona, quibus Dei nostri liberalitas nos cumulavit, & quæ sunt adeo cognita: si gratiæ bona gradum facimus; Beneficium redemptionis Salvatoris nostri, nonne robore nos in ingrattitudine nostra sustendit? *Quid est homo, dicebat Sanctus Job: Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponit erga eum cor suum?* Cur illum tuis muneribus cumulans, cur in hoc ponit cor tuum, ut illum tuis ornes beneficiis? Si magni hujus Patriarchæ sensum assequimur, quid Deo dicere poterimus? Quomodo de illius beneficiis loquemur? Quoniam pro nihilo habens oculos suos super nos demittere, ad nos usque descendit; nostras miseras nostramque carnem assumpsit, ut scelerum nostrorum penas sustineret, ac tandem obiret vitam nobis largiturus. Fecit ille magnum hoc bonitatis, & misericordie miraculum, eo quæ fecit pacto, quod in nobis cedere debet stuporem; five morientem, five mortis modum, five illos pro quibus moritur intusamur, Deus cruci suffixus pro ingratis! Quod magnificentie miraculum! Quin in eo manere immoremur, quo nobis contulit Sacramenta Ecclesiæ suæ, in quam nos attraxit tanquam in Arcam sanctam, ut iterum nos a sæculi exundationibus nos incolumes educeret: Quam illi gratiarum actionem debemus pro hoc primo bono, pro hoc bonorum omnium fonte, videlicet pro Redemptione? *Sermo manuscriptor.*

Si a Redemptionis beneficio, quod omnes nostras gratiarum actiones superat, gradum facimus ad enumerationem ceterorum Dei nostri beneficiorum, quoniam esse poterit gratitudo nostra? Infideles, Ethnicorumque in tenebris ipsorum relinquit sed quid cogit illum efficere, ut in Catholicis terris, ut ex Catholicis genitoribus oriremur? cum interea tam multi, qui neque deterioris sunt conditionis, quam nos, quotidie nascuntur inter barbaros, & agrestes in regionibus, ubi Deus ignoratur. Quot animæ ex illius manu egressi sunt eodem momento, quo nostræ, quarum non eandem habuit rationem? Quis illum adegit, ut nos amaret preter tot alios, quos errare sinit per vias invias, & asperas: cum interim

nos manu veluti ducit, ut ita dicam, in viam salutis æternæ? Hisce beneficiis addamus longe plurima, quibus ille nos ornavit; a quot sceleribus nos per sanctos affatus suos amovit; ex quot periculis nos eduxit incolumes; quoties ille nobis pereperit, quot nobis gratias large, effusaque donavit? Quid? tot, tantisque beneficiis affectos ingratos, & nullam eorum habere rationem, nonne hoc esse ingrattitudinis monstrum? *Auctor recens.*

Scias, Christiane, ingrata creatura, Deum tuum esse Deum zelotem, ac tali nomine nuncupari, quod quod vices sibi rependi vult, & gratiam referri. Hoc passim in Scripturis & perspicue nos monet. Postquam per exterminatorem Angelum Israelitarum hostes occisione delavit, voluit, ut in hujus beneficii actionem gratiarum, primogenita populi sui sibi offerrentur. Postquam adeo copiose effudit manna in Deserto, voluit illius mensuram in Arca foderis asseruari tamquam æternum monumentum grati animi populi sui, unde posteritas omnis testis esset suæ erga populum hunc ingrattum largitatis, eique immortalis gratias ageret, & haberet. Si ergo grati animi sensus procul ablit ab hoc populo adeo duro, atque inhumano, quanto major esse debet apud Christianos propter tot accepta beneficia? Numquid infinita eorum multitudo modicæ gratitudinis nostræ excusatio? Nequaquam, immo illam agere debet; & licet nullam habere possit cum Dei nostri beneficiis proportionem, quæ omnem excedat gratitudinem: semper Deo accepta erit gratitudo nostra, si illa processerit eo usque, quo nostræ licet infirmitati. *Sermo manuscriptor.*

In ingrattitudine æque ac in omnibus aliis criminibus, notandi sunt varii nequitie gradus; immo, ut mihi videtur in illa plus improbitatis, quam in aliis invenitur. Ethnicus Philosophus, qui monstris hujus naturæ investigandæ animam appluit, quatuor illius gradus invenit. Primus est, inquit ille, non reddere bonum pro bono. Alter est, oblivioni tradere bonum, quo cumulati sumus. Tertius est per intolerabilem ingrati animi vitium malum reddere pro bono. Quartus denique reliquorum naturam excedens est, abuti bono quod accipimus, ut inde malum fiat, & eadem beneficia in totidem arma convertere, ut de benemerenti male mereamur. Sentio iam a vobis in vobismetipsis tanta hæc scelerata damna: sed cor contra nomina dumtaxat invenendum est; non procul abibimus, quos horum criminum fontes inveniamus; & quin pedem ex hoc coetu efferamus, applicemus singuli manum conscientie nostræ, & certus sum, a singulis inventum iri, quod quisque in seipso circa eadem crimina redarguat. Etenim nonne verum est, si quis nobis loquatur de agendis Deo gratias propter ejusdem beneficia, nos statim impotentiam nostram causari? Nonne verum est non quoque æque facile beneficiorum illius oblivisci, ut facile hæc ab illius liberalitate recipimus? Et nonne singulis diebus divine bonitati malum pro bono reddimus suis utentes bonis, ut male vivamus? Heu! utinam haud invenirentur homines adeo brutales, quales ego ipse his oculis vidi, & ex eorum auribus accepi, qui dicebant, se male vivere, ac omnibus voluptatibus se ingurgitare, quoniam Deus illi bona voluptabat. *Auctor recens.*

Quisnam ex vobis animam advertit ad gratias, quas jugiter recipit a Dei bonitate? Quis se ipsum interrogat, cur factum est, ut me torrente corruptionis sæculi trahi passus non sim? Quis credit, quot fuerunt vitæ suæ momenta, tot Dei gratias fuisse; & rationem, valetudinem, vim, spiritum totidem esse munera, quæ ab Ente Supremo recipit. De his ne cogitatur quidem; & omnia hæc beneficia eo quod nimis magna sunt, & frequentia viluerunt, & ab hominibus contempta sunt. Creaturis tantum oblectamur, quin de Creatore cogitemus; atque ut cum Propheta loquar similes brotorum fordidissimis, quæ sub quercu, quoniam rationem habeant amicæ manus, quæ fructus excutit, intenti sunt tantummodo, & vicissim urgent, ac prement, ut pabulum arripiant; brutalis nostra stupiditas unice bonis præsentibus oblectatur, quæ benefactori supremo gratias vel agant, vel referant. Et fane parum est dicere, nosmet in bellorum ordinem non redigere per nostram erga Creatorem ingrattitudinem: nosmet infra illas collocamus adeo contumeliosa oblivione: singulis quippe diebus oculis nostris animalia illa ablandiam, a quibus escam accipiunt, & nonnumquam etiam aliqua ex illis pro-

Vult Deus nos pro modo beneficiis gratiam referri.

Ingrattitudo est damnableior aliis peccatis.

Quoties quisque gratias accipit a Deo.



pro modulo suo gratias agere Creatori. *Sermo manuscriptor.*

Potius ad majorem excessum evadere ingrati-  
do, quam utendi beneficiis, ut ledat benefi-  
factorem? Attamen ad hanc ingrati-  
tudinis verticem quotidie mortales ascendunt. Nulla est benedi-  
ctio, quae non cedat in maledictionem; Deus illis  
non tribuit bona, quae illi in virtus non vertant.  
Dat illis opes, & valetudinem; sed illi his quomo-  
do utuntur? Pulchritudinem, ac vitae quinam est us-  
us? Res easdem, quas tradidit nobis Deus tam-  
quam salutis acquiritendae convertimus, & Deo ipsi bel-  
lissimi infirmitate convertimus, quibus  
ad illum ledendum abutimur. Tenebris, quae car-  
pendae quieti destinatae sunt, ad nostram flagitia con-  
teggenda utimur; lumine vero utimur ad nostram  
cupiditatum conatus explicandos. Mare, ac terra  
non satis repleta sunt bonis, ad explendam avari-  
tiae nostrae aviditatem; & quicquid factum est in  
necessitatem nostram subsidium, modo factum est  
delicium nostram cupiditatum. Et hoc, quae-  
so, non est apertum Deo bellum indicere potius quam  
illi beneficiorum collatorum gratias referre? Quo  
nomine hoc appellabitur, si non est monstrum In-  
gratitudinis? *Sermo manuscriptor.*

Jerusalem excidio, Israelitarum captivitate, &  
Judaei populi, qui deinde in terris vagus & erro-  
vixit, sine sede, sine patria, atque in statu om-  
nium miserorum, Scriptura nos docet; quid nobis  
cogitandum sit de ingrati-  
tudine; & in oculis Dei detestabile;  
quoniam peccatum hoc attraxit hanc malorum cate-  
nam in populum illum calamitosum. Veram si Deus  
ita animadvertit in populum hunc propter ingratu-  
dinem, quid Christianis ab eisdem ira expectan-  
dum non est? Et si verum est amorem conversum  
in odium fieri implicabilem, quid erit de amore,  
quo nos complectitur, & quem quotidie teterimo  
ingrati animi vitio rependimus. Cum laudaverat Deus  
beneficium suis populum Israel; si ita graverit illum  
percussit pro ingrati-  
tudine tot beneficia, quae illis  
videbantur in terrenis tantum possessionibus confi-  
stere; quodnam satis erit supplicium puniendis Fi-  
delibus, inter quos Salvator ipse voluit apparere,  
ac semet obicere oculis eorum in altari ad finem  
usque saeculorum, quibus ea promisit, quae tantum  
superant ea, quae populo antiquo sponderat, quan-  
tum Sacramenta praesentia superant legis antiquae  
caeremonias, & qui bonis his abutentur, ut suam  
laedant Creatorem? *Sermo Manuscriptor.*

Quanam est praesumptio nostra, cogitare facile  
esse cum Deo in gratiam redire post tantam, erga  
illum beneficia ingrati-  
tudinem? Quid veteri populo  
suo exprobravit: *Filios enutriti, & exaltati: ipsi  
autem spreverunt me.* Quid exprobravit David: *Ego  
unxi te Regem super Israel: & ego erui te de manu  
Saul;* hujus regnum dedi tibi; & si bona hac mo-  
dica sunt, adiciam multo majora: Tu vero spre-  
visti mandata mea; meaque praesentia non cobibuit  
inobedientiam tuam; gladius irae meae non recedet  
a domo tua. Cur tanta exarsit ira Dei in Saul,  
qui Agam Regi pepercerat? Nisi quod Saul inge-  
nium illius detredavit tunc cum a Deo cumulati-  
ssimam de hostibus victoriam reportaverat. Cur du-  
bitamus adhuc de Salomonis salute? Quia Rex hic  
caelestibus gratias cumulatus peccavit. Quid respici  
gravius, indigniusque esse potest ingrati-  
tudine, & rebellionem egeni adversus benefactorem suum? Sed  
egenus, & miser, qui plurimis affectus fuit benefi-  
cis, & qui omnem grati animi sententiam jugulat,  
ut suae cupiditati pareat: nonne indignior est mise-  
ratione, quam alter quilibet nocens? Lumen natu-  
rale nos docet, hero optimo majori cum fidelitate  
serviendum esse; & servum, qui inserti illi contu-  
meliam, severius esse puniendum; & inutilem, con-  
temptamque clementiam tandem coget judicem, ut  
se inexorabilem praebet. Ex hoc canone judicemus  
quid nobis sentiendum sit de nobismetipsis. *Pater  
la Pesse.*

Nihil odiosius ingrato beneficiorum, quibus orna-  
tur, obliviscere. Nihil est contra beneficium, atque  
laudabilius ea virtute, quae nos adigit ad referen-  
dum benefactoribus gratiam per officia omnia, atque

Dei cultus  
proprie lo-  
quendo  
non aliud  
est, quam

Quoque  
Dei hor-  
reat ingra-  
titudinem.

Frequenter  
Iudaeo po-  
pulo ex-  
probrat  
ipsum in-  
gratitudi-  
nem.  
Iste 2.  
2. Reg.

observantiam, quam illis praestare possumus: In hoc  
maxime constitutus est Dei cultus, & pietas, ut ant  
ma ei non sit ingrata. Dei cultus & Religio, quae  
princeps est omnium Moralium virtutum, in hoc  
potissimum constituta est, S. Augustinus inquit, ut  
fidelis anima Deo ingrata non sit, & non postremus  
finis, propter quem instituit Deus augustissimum  
omnium Sacramentorum & ipsum etiam Sacrificium,  
idem Pater ait, fuit, ut per hoc omnia disolvere-  
mus gratiarum actionis officia eo modo, quo hoc  
perfectissime fieri licet, offerendo illi victimam quae  
suo pretio exaequat omnia bona, quae ab illius lar-  
gitate percipimus. Hac ipsius D. Thomae sententia  
est, cum ait, omnem effectum suapte natura con-  
verti versus finem suum eo modo, quo maxime de-  
cet. Cum autem Deus bonorum omnium sit Autor  
tribuens nobis esse, vivere, agere, & caetera; quid  
aquis est, quam per animi grati sensum omnia  
praedicare beneficia, quae accipimus, & accipimus  
quotidie ad infinita illius misericordia: praeterim  
vero ipso egestati nostrae suppeditanti media oppor-  
tuna Sanctum Sacrificium, & Sacramenta, quae ille  
instituit: media inquam opportuna ad referendas il-  
li gratias, quae infinitam ejus deceant Majestatem?  
*P. Noves in Meditationibus ejus.*

Quemadmodum nihil magis praclarum, ac laude  
dignum est, quam grati animi virtus, ubi perfecta  
est; ita nihil ipsa infrequentius. Videmus in Evan-  
gelio ex decem leprosis unum dumtaxat ad Jesum  
reverti; & ex decem peccatorum millibus, quibus  
Deus innumera remittit flagitia, suamque gratiam  
imperit; vix unus est qui beneficium Dei non abu-  
tatur, tantum abest, ut illa in Dei cultum conver-  
tatur, sepe etiam invenitur, ut qui praeteris tenentur  
magis illi gratias agere propter majora bona,  
quibus cumulati fuerant, sint alii ingratos. Pau-  
per, & simplex artifex, qui pauciora, quam nos  
accepit bona, majorem quam nos habet gratitudi-  
nem; & satis esse videtur plus accepisse, ut ma-  
jorem habeamus ingrati-  
tudinem. Et profecto quid  
plerique mortalium faciunt de beneficiis Dei? His  
abutuntur, ut luxuriose vivant, ut mollem, ac  
profus mundanum vitam ducant; desideria, & libidi-  
nem marcescunt; saeculi curis, & concupiscentiis oc-  
cupantur; quodammodo sepulti in tenebris, quae  
omnem salutis, officii eorum eis auferunt cura-  
m. Quomodo nam igitur possunt illi tua agnosce-  
re beneficia, o Deus! quomodo nam fieri poterit,  
ut tibi gratiam vel agant, vel habeant? Beatus il-  
le, S. Bernardus ait, qui semper timet, & qui non  
minus revertit ut iis, quae recipit beneficia obruat,  
quam peccatis, quae patrat. *Idem.*

Omnem vitam nostram debemus transigere iugi-  
ter agendo gratias Deo; nullum quippe momentum  
est, quo non aliquo beneficio afficiamur. Ipse nos  
in hanc lucem eduxit; ipse nobis baptismi gratiam  
contulit; hanc ipsi per peccata nostra perdidimus,  
ille vero eam nobis reddidit per Poenitentiae Sacra-  
mentum; eamque ruerit jugibus subsidii; ipso no-  
stris moderatur cogitationes, nostra regit verba,  
actiones nostras gubernat. Verbo, ab illo recepimus  
essentiam, de illo vivimus, per illum operamur.  
Miseri profecto sumus, nisi jure hoc praesidium ju-  
gi gratiarum actione celebremus. Hoc enim omne  
illud est, quod illi possumus retribuere: quoniam  
nihil facere possumus, quod vere gloriam ejus ar-  
geat, vel aliquod illius adiciat felicitati. Quapro-  
pter Apostolus scribens ad Ephesios hortatur nos,  
ut quovis tempore, & pro rebus quibuslibet Deo Pa-  
tri gratias agamus in nomine Domini nostri Jesu  
Christi. *Gratias agentes semper pro omnibus in nomi-  
ne Domini nostri Jesu Christi Deo, & Patri.* Et in  
Epistola ad Thessalonicenses ait: *In omnibus gratias  
agite.* Boni, quod accipimus magnitudo debet esse  
mensura gratitudinis, & actionis gratiarum; ad Deum  
nil majus nobis conferre potest, nihilque divinitus  
gratia sua; quoniam hac est essentia suae participa-  
tio. Sed cum a nobis iactura facta est illius, quam  
ipse nobis in baptismo dederat, eamque in Poeni-  
tentiae Baptismo restituit, hoc est augmentum gratiae,  
& largitatis; quia nosmet eadem indignos praebu-  
imus. Quomodo igitur illi satis dignas gratias agere  
possemus, & in quo cor, mentemque nostram a-  
quius impendere? *Godwin in quadam Homilia.*

Rara est  
gratitudo  
inter eos  
qui maxi-  
mi a Deo  
beneficium  
cumulant.

Deo gratias  
agendae  
sunt ob ea  
beneficia,  
quae quoti-  
die ab eo  
nobis con-  
feruntur.

ad Eph.

I N-

# INTEMPERANTIA

Cibi, & potus. Gula, Ebrietas.

## MONITUM.

**M**ens mihi fuerat hoc de cibi, potusque intemperantia argumentum cum abstinentia, sepiusque  
eodemque titulo completi; ut ex horum contrariorum oppositio alterius quidem pulchri-  
tudo, alterius vero turpitudine magis elucescerent; sed intellexi tandem utramque satis ubere  
rerum copiam suppeditare posse, ut duplicem ego quidem titulum instituerem, alii vero pluri-  
mas conciones adornarent; quamvis difficile sit ita utramque conjungere, ut ex altero nihil asse-  
ratur in alterum.

Attamen ut tituli, minus quam fieri potest, augerentur, in praesenti hoc de intemperantia collegi quaedam  
potus, & cibi respectu excessum, quorum alter gula, ebrietas alter nuncupatur; quemadmodum sobrietas, atque  
temperantia in voluptate gustus circa haec duo eadem versantur, quae utramque illius, ut ita dicam, paginam  
absolvunt.

Ceterum quamvis hoc argumentum per se de suggestu pertractari consueverit, attamen si hujusce temporis  
mores, atque consuetudo spectentur, dici potest nulli esse necessitate secundum; quoniam apponitur luxus, prodi-  
galitati, convivorum sumptus, mollietati, & voluptati nobilium, divitiarumque, nec non effusa plurimorum in  
omni intemperantia libidini; neque satis unquam iurebi possunt Ovatores facti in hoc vitium, cuius effectus tur-  
pissimi simul sunt, atque perniciosissimi. Cavendum tantummodo est perdiditinger, ne vitium hujus adeo aperta facti  
bispositi, ut nimis ganeam, nideremque tabernae redeat; & ne nimium abjectis vocabulis quae statim; li-  
cet illis Sancti Patres uti fuerint; hac enim in re lauti lingua minus, quam vernacula, id genus nomina per-  
horrescit.

Rara est  
gratitudo  
inter eos  
qui maxi-  
mi a Deo  
beneficium  
cumulant.

Deo gratias  
agendae  
sunt ob ea  
beneficia,  
quae quoti-  
die ab eo  
nobis con-  
feruntur.

ad Eph.

I N-

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Conciorum hujus Argumenti Systemata.

**V**ltae necessitas, atque voluptas duo illa  
sunt, quae temperantiam generatim sum-  
ptum moderantur; & quemadmodum in-  
temperantia in utriusque excessu consi-  
sit, in duplici Concione parte ostendi possunt ma-  
la, quae potus, cibique gignit intemperantia. 1. Ex-  
cessu epularum, & vini; 2. & voluptate, quae in  
epularum deliciis, & varietate percipitur.

Parti prior. Omittio mala, quae vini, & carni-  
um excessus gignere consuevit illis, qui abdomini in-  
feriunt, omittio valetudinis detrimentum, morbos  
gravissimos, ac doloribus repletissimos, quos parit;  
omittio mortem ipsam, quam saepe praerit; ne-  
que immoror eam considerans perniciem, quam spiri-  
tus humani qualitatibus adfert, quem quidem vi-  
tari, atque corrumpit, ineptumque nobilioribus,  
utilioribusque cognitionibus assequendis facit. Inter ea  
mala, quorum intemperantia causa est, ea tantum  
adnumerare seclera, in quo ex se, suoque ingenio  
illos impellit, in quibus dominatur, & quae in Scri-  
pturis referuntur. Primum est oblitio Dei, om-  
niamque Religionis officiorum, quum loquamur de  
perjuris, blasphemis, sanctorum rerum irrisoribus  
aliique id genus impietatibus, quarum secunda est  
miser ebrietas. Satis est dicere hos homines suo  
mores abdomini ventrem sibi Deum constitutere, ut  
inde inferamus non alium ab ipsis cognosci Deum,  
illi omnes cogitationes, atque suas impendere,  
& in eo finem suum collocare. Alterum est impu-  
dicitia vitium, quod ab intemperantia nunquam  
separari potest; ubi Tertullianus, Sanctique Hierony-  
mi sententiae possunt afferri. Tertium est durities,  
& injustitia horum mortalium erga filios, familiae  
que suam, quam evertunt, ac saepe ad extremam  
usque mendicitatem redigunt.

Parti altera spectat ad alteram temperantiae officium,  
quod est vitae voluntatis moderari. Alie-  
ra, quae in esu, & potu committitur, intemperan-  
tia in qualitate, ac deliciis epularum consistit, quibus  
potius ad sensum oblectationem, & voluptatem  
utimur, quam nos in alia adducit flagitia, quae licet  
coram hominibus non adeo turpia videantur, non  
sunt tamen coram Deo minus magna. Sunt autem  
1. Luxus, & sumptus in saecularum multitudine, &  
pretio, qui manifestus est bonorum abusus, quae in  
ulius alios nobis tradidit Deus. 2. Sensuum oblecta-  
tio, quae Christianam mortificationem oppugnat, &  
evertit. 3. Duritia in pauperes, quibus debetur id,  
quod innoxiam superfluitatem impenditur.

1. Nihil est, quod hominem magis vecordem,  
stupidiisque reddat, quam potus, cibique intem-  
perantia.

Howdy Bill. Tom. II.

# INTEMPERANTIA

Cibi, & potus. Gula, Ebrietas.

## MONITUM.

**M**ens mihi fuerat hoc de cibi, potusque intemperantia argumentum cum abstinentia, sepiusque  
eodemque titulo completi; ut ex horum contrariorum oppositio alterius quidem pulchri-  
tudo, alterius vero turpitudine magis elucescerent; sed intellexi tandem utramque satis ubere  
rerum copiam suppeditare posse, ut duplicem ego quidem titulum instituerem, alii vero pluri-  
mas conciones adornarent; quamvis difficile sit ita utramque conjungere, ut ex altero nihil asse-  
ratur in alterum.

Attamen ut tituli, minus quam fieri potest, augerentur, in praesenti hoc de intemperantia collegi quaedam  
potus, & cibi respectu excessum, quorum alter gula, ebrietas alter nuncupatur; quemadmodum sobrietas, atque  
temperantia in voluptate gustus circa haec duo eadem versantur, quae utramque illius, ut ita dicam, paginam  
absolvunt.

Ceterum quamvis hoc argumentum per se de suggestu pertractari consueverit, attamen si hujusce temporis  
mores, atque consuetudo spectentur, dici potest nulli esse necessitate secundum; quoniam apponitur luxus, prodi-  
galitati, convivorum sumptus, mollietati, & voluptati nobilium, divitiarumque, nec non effusa plurimorum in  
omni intemperantia libidini; neque satis unquam iurebi possunt Ovatores facti in hoc vitium, cuius effectus tur-  
pissimi simul sunt, atque perniciosissimi. Cavendum tantummodo est perdiditinger, ne vitium hujus adeo aperta facti  
bispositi, ut nimis ganeam, nideremque tabernae redeat; & ne nimium abjectis vocabulis quae statim; li-  
cet illis Sancti Patres uti fuerint; hac enim in re lauti lingua minus, quam vernacula, id genus nomina per-  
horrescit.

Rara est  
gratitudo  
inter eos  
qui maxi-  
mi a Deo  
beneficium  
cumulant.

Deo gratias  
agendae  
sunt ob ea  
beneficia,  
quae quoti-  
die ab eo  
nobis con-  
feruntur.

ad Eph.

I N-

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Conciorum hujus Argumenti Systemata.

**V**ltae necessitas, atque voluptas duo illa  
sunt, quae temperantiam generatim sum-  
ptum moderantur; & quemadmodum in-  
temperantia in utriusque excessu consi-  
sit, in duplici Concione parte ostendi possunt ma-  
la, quae potus, cibique gignit intemperantia. 1. Ex-  
cessu epularum, & vini; 2. & voluptate, quae in  
epularum deliciis, & varietate percipitur.

Parti prior. Omittio mala, quae vini, & carni-  
um excessus gignere consuevit illis, qui abdomini in-  
feriunt, omittio valetudinis detrimentum, morbos  
gravissimos, ac doloribus repletissimos, quos parit;  
omittio mortem ipsam, quam saepe praerit; ne-  
que immoror eam considerans perniciem, quam spiri-  
tus humani qualitatibus adfert, quem quidem vi-  
tari, atque corrumpit, ineptumque nobilioribus,  
utilioribusque cognitionibus assequendis facit. Inter ea  
mala, quorum intemperantia causa est, ea tantum  
adnumerare seclera, in quo ex se, suoque ingenio  
illos impellit, in quibus dominatur, & quae in Scri-  
pturis referuntur. Primum est oblitio Dei, om-  
niamque Religionis officiorum, quum loquamur de  
perjuris, blasphemis, sanctorum rerum irrisoribus  
aliique id genus impietatibus, quarum secunda est  
miser ebrietas. Satis est dicere hos homines suo  
mores abdomini ventrem sibi Deum constitutere, ut  
inde inferamus non alium ab ipsis cognosci Deum,  
illi omnes cogitationes, atque suas impendere,  
& in eo finem suum collocare. Alterum est impu-  
dicitia vitium, quod ab intemperantia nunquam  
separari potest; ubi Tertullianus, Sanctique Hierony-  
mi sententiae possunt afferri. Tertium est durities,  
& injustitia horum mortalium erga filios, familiae  
que suam, quam evertunt, ac saepe ad extremam  
usque mendicitatem redigunt.

Parti altera spectat ad alteram temperantiae officium,  
quod est vitae voluntatis moderari. Alie-  
ra, quae in esu, & potu committitur, intemperan-  
tia in qualitate, ac deliciis epularum consistit, quibus  
potius ad sensum oblectationem, & voluptatem  
utimur, quam nos in alia adducit flagitia, quae licet  
coram hominibus non adeo turpia videantur, non  
sunt tamen coram Deo minus magna. Sunt autem  
1. Luxus, & sumptus in saecularum multitudine, &  
pretio, qui manifestus est bonorum abusus, quae in  
ulius alios nobis tradidit Deus. 2. Sensuum oblecta-  
tio, quae Christianam mortificationem oppugnat, &  
evertit. 3. Duritia in pauperes, quibus debetur id,  
quod innoxiam superfluitatem impenditur.

1. Nihil est, quod hominem magis vecordem,  
stupidiisque reddat, quam potus, cibique intem-  
perantia.

Howdy Bill. Tom. II.

Illum efficit sui corporis, & voluptatis man-  
cipium; illum carnalem, ineptumque omnibus spiri-  
tibus obediendis officiis facit, negotiis agendis, &  
transigentis imparem, & ut verbo me expediam,  
ad brutorum conditionem demittit, quorum ludia  
secundum; quamobrem vitium hoc esse turpe, & quod  
sepe eodem conquinaverit ab his omnia, qui cor-  
dati & honesti sunt, negligit, atque contemnitur.  
2. Nullum vitium est, cuius habitus magis ad impi-  
etatem, obliuionem Dei, contemptum eorum om-  
nium, quae ad religionem pertinent, inducat, quam  
immodicus vini usus, qui ad perjuriam, & blasphemias  
inducit.

Homo in triplici statu considerari potest, in natu-  
rali tamquam rationis compos, in civili, tam-  
quam republica pars propter honorem; aut manus  
aliquid, quod in eadem exercet; ac tandem in statu  
Christiano. Ostendendum igitur est quomodo per  
intemperantiam.

1. Infringantur naturae leges, quibus satis est id,  
quod ad victum, ac valetudinem est necessarium;  
ad hoc enim dumtaxat instituit Deus cibum, ac  
potum tamquam remedia. Quod igitur ultra neces-  
sarium est, naturae contrarium est, vabundumque in-  
firmat, ac vitam immittit; Ad hac vabundum ex-  
cessus lumini rationis opponitur docentis ex eo,  
quod medium est, finem fieri nefas esse; & ita enim  
rerum pervertitur ordo. 2. Intemperantia hominem  
inutilem, immo & perniciosum civili efficit socie-  
tati. Cum maneri obundo patet esse generis, tamquam  
domique suae negligens curam, omnia deserens,  
suoque tantum ventri indulgere contentens? Nonne  
publicam aequae ac privatam negligentera? Quod-  
nam tempus Republicae bono potest impendere,  
qui semper assidet mensae, vel inter compositos,  
convivatorumque versatur? Nonne exemplum illius  
ut familie lux interitum parit, ita civitati univer-  
sa exemplum praebet perniciosissimum? 3. Sin autem  
hominem hunc tamquam Christianum inspiciamus,  
praeterquam quod fundamentales ejusdem leges  
infringit, nempe mortificationem, & fugam earum  
voluptatum omnium, quae non in seclis possunt im-  
pellere; quo pacto ille sua obit munera, ille, qui  
frequenter in cauponis versatur, quam Templis?  
Num exercet ille bona opera, nam ad Sacramenta  
frequens accedit, num erga pauperes charitatem  
praesertit? &c.

1. Injuria, quae fit Deo per intemperantiam, per  
quam ex ventre fit Deus, Deoque praesertitur res adeo  
humilis, & abjecta, qualis est inordinato facere fa-  
tis appetitui; per quam ut olim Esau pro lentium  
caul-

Ppp

caul-

IV.